γλήνας δ' ἄγαλμα ταῖς ἀναιμάκτοις μύσει,
στυγνὴν ἀχαιῶν εἰς ἰάονας βλάβην
λεύσσον, φόνον τ' ἔμφυλον ἀγραύλων λύκων,
ὅταν θανὼν λήταρχος ἱερέας σκύλαξ
πρῶτος κελαινῷ βωμὸν αἱμάξῃ βρότῳ.
q τυλησίων ἄλλοι δὲ πρῶνας δυσβάτους q τυλλησίους,
λίνου θ' ἁλισμήκτοιο δειραίαν ἄκραν,
ἀμαζόνος σύγκληρον ἄρσονται πέδον,
r κλήτης. r δούλης γυναικὸς ζεῦγλαν ἐνδεδεγμένοι.
s ὀτρηρῆς ἣν χαλκομίτρου θῆσσαν s ὀτρηρῆς κόρης
πλανῆτιν ἄξει κῦμα πρὸς ξένην χθόνα.
ἧς ἐκπνεούσης λοῖσθον ὀφθαλμὸς τυπεὶς,
πιθηκομόρφῳ πότμον αἰτωλῷ φθόρον
τεύξει τράφηκι φοινίῳ τετμημένῳ.
κροτωνιᾶται δ' ἄστυ πέρσουσίν ποτε,
ἀμαζόνος φθέρσαντες ἄτρομον κόρην,
κλήτην ἀνάσσαν τῆς ἐπωνύμου πάτρας.
πολλοὶ δὲ πρόσθεν γαῖαν ἐκ κείνης ὀδὰξ
δάψουσι πρηνιχθέντες, οὐδ' ἄτερ πόνων
πύργους διαρραίσουσι λαυρήτης γόνοι.
οὐδ' αὖ τέρειναν, ἔνθα μυδαίνει ποτοῖς
ὠκίναρος γῆν, φοῖβον ἐκβράσσων ὕδωρ,
ἄλῃ κατοικήσουσι κάμνοντες πικρᾷ.
τὸν δ' αὖ τὰ δεύτερ' εἶα καλλιστευμάτων
λαβόντα, καὶ τὸν ἐκ λυκορμαίων ποτῶν
t σοῦ στρατηλάτην t σὺν καρτερὸν γόργης τόκον,
τῇ μὲν λίβυσσαν ψάμμον ἄξουσι πνοαὶ
θρῇσσαι, πεδῶ τοῖς ἐμφορούμεναι λίνοις.

τῇ δ'

Tubicinam,perdentes in Deæ templo
Xuthidas,qui sedes prius tenuerant.
Tum statua pupillis incruentis conniuebit,
Diram Achiuorum in Ionas cladem
Videns,cædemq́ gentilem luporum agrestium,
Quando mortuus flamen,sacerdotis catulus,
Primus nigro cruentabit aram sanguine.
Alij montes inuios Tullesios,
Liniq́ maritimi iugosum promontorium,
Amazonis hæreditariam terram conscendent,
Seruæ mulieris excipientes iugum,
Quã baltheo cinctę æneo famulam impigræ puellę
Erronem ducet unda in externam terram:
Cuius ultimum expirantis perfossus oculus
Mortem simiformi perniciosam Aetolo
Adferet,hasta cruenta secto.
At Crotoniatæ urbem populabuntur quondam
Amozonis,intrepida interfecta uirgine
Clete,patriæ cognominis regina.
Multi tamen prius terram ab illa mordicus
Mordebunt præcipitati,neq; impunè
Turres uastabunt Laures filij.
Alij rursum Terinam,ubi humectat aqua
Terram Ocinarus,puram euomens undam,
Incolent,errore graui fatigati.
Secundas uerò pulcritudinis partes
Ferentem,& ex Lycormæis ortum fluentis
Ducem aprum,robustum Gorges filium,
Nunc in arenam Libycam ducent flatus.
Thracij,pedatis inuecti uelis,

πῇ δ᾽ ἐκλιβύσσης αὖθις ἐμπίπλων νότος,
a ἀργυρίνους εἰς [a] ἀργυρίνους καὶ Κεραυνίων νάπας
ἄξει, βαρεῖ πρηστῆρι κυμαίνων ἅλα.
ἔνθα πλανήτην λυπρὸν ὄψονται βίον
λακμωνίου πίνοντες Αἴαντος ῥοάς.
x χέρσος Κρᾶθις δὲ γείτων, ἠδὲ Μυλάκων [x] ὅροις
y πύλαις. χῶρος, συνοίκους δέξεται Κόλχων [y] πύλαις,
μαστῆρας οὓς θυγατρὸς ἔστειλε βαρὺς
Αἴας Κορίνθου τ᾽ ἀρχὸς Εἰδυίας πόσις,
τὴν νυμφαγωγὸν ἐκκυνηγετῶν τρόπιν.
z νάσσονται οἳ πρὸς Βαθεῖ [z] νάσσαντο Διζηροῦ πόρῳ.
ἄλλοι Μελίτην νῆσον Ὀθρωνοῦ πέλας
πλαγκτοὶ κατοικήσουσιν. ἣν πέριξ κλύδων
ἔμπλην Παχύνου Σικανὸς προσμάσσεται,
τοῦ Σισυφείου παιδὸς ὀχθηρὰν ἄκραν
a ποθ᾽ ἐπώνυμον [a] ποθ᾽ ὑστέρῳ χρόνῳ γράφων,
κλεινόν θ᾽ ἵδρυμα Παρθένου Λογγάτιδος,
Ἕλωρος ἔνθα ψυχρὸν ἐκβάλλει ποτόν.
b ὀθρωνὸν παπποκτόνος δ᾽ [b] Ὀθρωνὸν οἰκήσει λύκος,
τηλοῦ πατρῷα ῥεῖθρα Κοσκύνθου ποθῶν,
ὃς ἐν θαλάσσῃ Χοιράδων βεβὼς ἔπι,
ῥήτρας πολίταις τὰς στρατοπλώτους ὀρεῖ.
χέρσου πατρῴας, οὐ γὰρ αὖ φονῇ, πεσὶ
ψαῦσαι μέγαν πλειῶνα μὴ πεφλυγότα,
c τιλφωσία δίκης ἐάσει τάῤῥοθος [c] Τελφουσία
Λάδωνος ἀμφιῤῥεῖθρα ναίουσα σκύλαξ,
ὅθεν πεφλυγὼς ἑρπετῶν δεινὴν μάχην
d ἀμαντίαν. δρακοντομόρφων, εἰς [d] Ἀβαντίαν πόλιν
e ἀτιντάνων. πλώσει. πέλας δὲ γῆς [e] Ἀτινταίνων μολὼν,
f πλακτιὼ et πράκτιν [f] Πράκτιν πρὸς αὐτὴν αἰπὺ νάσσεται λέπας,

τοῦ Χαονίτου

Nunc ex Libya contrà ingruens Auster
Ad Argyrinos & Ceraunios saltus
Aget, graui uento agitans mare:
Vbi erraticam degent miseram uitam,
Lacmonij bibentes Aeantis aquam.
Crathis uerò uicinus, & Mylacum finibus
Ager, accolas excipiet Colchorum Polis,
Quos filiæ misit inquisitores durus
Aeæ Corinthiq́ꝫ princeps, Eidyæ maritus,
Sponsiferam inuestigans nauem:
Qui iuxta profundum Dizeri fluentum habitarũt.
Alij Melitem insulam iuxta Othronum
Errones occupabunt, quam undiq́ꝫ fluctus
Siculus prope Pachynum rigat,
Sisyphij filij iugosum promontorium
Cognomento quondam futurum radens,
Inclytumq́ꝫ templum uirginis Longatidis,
Vbi frigidam Helorus eijcit aquam.
Aui occisor lupus Othronum tenebit,
Procul Coscynthum patrium desiderans fluuium:
Qui scopulos in mari conscendens,
Comitia ciuibus indicet classem imperantia.
Nec enim homicidam pedibus terram patriam
Contingere, nisi integro anno exularit,
Vindex iusticiæ sinet Telphusia
Ladonis habitans circa flumen canis.
Vnde, fugiens grauem serpentum pugnam
Draconiformium, ad Abantiam urbem
Nauigabit, & ad Atintanum terram accedens,
Apud litus altum habitabit promontorium,

Chao-

τοῦ Χαονίτου νᾶμα πολύανθες δρέπων.
g τέπων ὁ δ' Αὐσονείων ἀγχικάλχαντος[g] τάφων
δυοῖν ἀδελφοῖν ἄτερος ψυδρείων
b ξένοις [b]ξένην ἐπ' ὀστέοισιν ὀγχήσει κόνιν.
δοραῖς δὲ μήλων τύμβον ἐγκοιμωμένοις
χρήσει καθ' ὕπνον πᾶσι νημερτῆ φάτιν,
i τ' νόσων[i] δ' ἀκέστης Δαυνίοις κληθήσεται,
k Ἀλθαίνου. ὅταν κατικμαίνοντες[k] Ἀλθαίνου ῥοαῖς,
l αὐδήσωσιν ἀρωγὸν[l] αὐδήσωσιν ἠπίου γόνον
ἀστοῖσι καὶ ποίμναισι πρευμενῆ μολεῖν.
ἔσται ποτὲ πρὸς δεῦρο Σαλπίων φάος
ἐκεῖ γοηρὸν καὶ πανέχθιστον φανέν,
m σαλάγγων ὅταν[m] σαλάγγων γαῖαν[n] Αἰγίσων θ' ἔθνη
n Ἀγγαίσων. μολόντες αἰτίζωσι κοιράνου γύας,
ἐσθλῆς ἀρούρης πῖαρ ἔγκληρον χθονός.
οὓς δ' εἰς βρεμνὸν ζῶντας ὠμησταὶ τάφον
κρύψουσι κοίλοις ἐν μυχοῖς διασφαγος.
τοῖς δ' ἀκτέριστον σῆμα Δαυνῖται νεκρῶν
o τριχμάλῳ. στήσουσι χωστῷ[o] προχαλῷ κατηρεφές,
χώραν διδόντες, ἣν πρὶν ἤχρηζον λαβεῖν
τοῦ κρατοβρῶτος παιδὸς ἀτρέστου κάπρου.
τὴν ναυβολείων δ' εἰς τέμενος ἐγγόνων
ναῦται καταβλώξουσιν, ἔνθα λαμπούσης
Ἱππωνίου πρηῶνος εἰς Θέτιδος λέπας
p ἱερῶν σκληρὸν κίνδυνον. ἀντὶ δὲ Κρείοντος[p] ὀρῶν,
Κροτωνιᾶτιν ἀντίπορθμον αὔλακα
βοῶν ἀροτρεύσουσιν ὁλκαίῳ πλόῳ,
πάτραν Λίλαιαν Καλυμωρείας πέδον
q Ἀμφισσάν τε ποθοῦντες, Ἄμφισσάν τε καὶ κλεινὰς Ἄβας.
σκαιᾶ τλῆμον, σοὶ δὲ πρὸς πέτραις μόρος

μίμνει

Chaonici fluxionem Polyanthis decerpens.
Alius iuxta Italica Calchantis ſepulcra
Honoraria, duorum fratrum alter,
Peregrinum ſuper oſſa puluerem aggeret:
Et in ouillis ſuper Heroum cubantibus
Reddet in ſomnis uera cunctis oracula,
Morborumq́ curator à Daunijs uocabitur,
Quando ſe humectantes aquis Althæni,
Adiutorem inuocabunt Aeſculapij filium,
Vt ciuibus ueniat & gregibus propitius.
Illic olim legatis Aetolorum
Lux luctuoſa & inuiſa illuceſcet,
Cum ad Salangorum & Angæſorum terram.
Delati, domini petierint iugera
Bonæ telluris, uber ſoli hæreditarium.
At illos in nigrum uiuos ſepulcrum crudeles
Abſcondent in cauis hiatus angulis:
Ipſisq́ carens exequijs Daunij monumentum
Statuent, aggeſto lapidum cumulo contectum,
Regionem dantes, quam uolebant,
Filij apri intrepidi cerebriuori.
Nauboli poſterorum nautæ
Temeſſam uenient, ubi Lampetes,
Hipponij montis aſperum cornu,
In mare uergit: & pro Criſſes terminis
Crotoniam oppoſitam terram
Sulcatrice boum arabunt penna,
Patriam Lilæam & Anemoreæ arua
Deſiderantes, Anphiſamq́ & celebres Abas.
Tibi uerò, miſera Setæa, mors ad petras

μίμνει Λυσαίων, ἔνθα γυίοις πέδαις
r ὠργανωμένη οἴκτιστα χαλκευτοῖσιν[r] ὀργανωμένη
θανῇ πυρὶ φλέξασα δεσποτῶν στόλον,
ἔκβλητον αἰάζουσα Κράθιδος πέλας
τόργοισιν αἰώρημα φοινίοις δέμας.
σπιλὰς δ' ἐκείνης τῆς φερώνυμος τύχης
s πρὸς αὐγά πόντον[s] προσαυγάζουσα φημισθήσεται.
ζουσα οἱ δ' αὖ Πελασγῶν ἀμφὶ μέμβλητος ῥοὰς,
t ἐκπεπλευκό νῆσόν τε Κερνεᾶτιν[t] ἐκπεπλωκότες,
τες. ὑπὲρ πόρον Τυρσηνὸν ἐν Λαμητίαις
δίναισιν, οἰκήσουσι Λευκανῶν πλάκας.
καὶ τοὺς μὲν ἄλγη ποικίλα τε συμφοραὶ
ἀνοστοπαιάζοντας ἕξουσιν τύχην
ἐμῶν ἕκατι δυσγάμων ῥυσαγμάτων.
οὐδ' οἱ χρόνῳ μολόντες ἀσπαστῶς δόμους,
νυκταῖον ἐκλάμψουσι θυμάτων σέλας,
u κυρδύλῳ. χάριν τίνοντες [u]Κερδύλῳ Λαρυμβίῳ.
τοιαῖσδ' ἐχῖνος μηχαναῖς οἰκοφθόρων,
x παρθενολί- [x]παρθενολίξει τὰς ἀλεκτόρων πικρὰς
ξει. στεγανόμους ὄρνιθας. ὁ δὲ ναυφάγοι
λήξουσι πένθους δυσμενεῖς φρυκτωρίας
πόρθου δ' ἀρραισθέντος, ὃν νεσκαφὴς
κρύψει ποτ' ἐν κλήροισι Μηθύμνης στέγος.
ὁ μὲν γὰρ ἀμφίχυτλα τὰς δυσεξόδους
ζητῶν κελεύθους αὐχενιστῆρος βρόχου
ἐν ἀμφιβλήστρῳ συντεταγγανωμένος
y κροσσωτοὺς τυφλαῖς ματεύσει χερσὶ[y] κροσσωτοὺς ῥαφάς.
θερμὴν δ' ὑπαὶ λουτρῶνος ἀρνεύων στέγην,
τιβῆνα καὶ κύπελλον ἐγκάρῳ ῥανεῖ,
τυπεὶς σκεπάρνῳ κόγχον ἐνθήκτῳ μέσον.

οἰκτρὰ

Infelix impendet, ubi tenacibus compedibus
Aeneis deligata miserrimè
Morieris, combusta dominorum classe,
Expositum lugens prope Crathidem
Corpus, uulturibus cruentis suspensum.
Scopulus quoque ille, mare spectans,
Tuæ cognominis fortunæ nuncupabitur.
Alij denique Pelasgi circa Membletis uada,
Et insulam Corsicam enauigantes,
Vltra mare Tyrrhenum in Lametijs
Vorticibus Lucanorum tenebunt arua.
Atque illos quidem labores & calamitates uariæ
Habebunt, irreducem lugentes fortunam
Infelicium nostrarum raptionum causa.
Sed nec qui tandem domum uenerint lubentes,
Votiuum lucebunt sacrificiorum iubar,
Gratiam persoluentes Cerdylæ Larynthio.
Talibus echinus fraudibus domos perdens
Transuersas aget acerbas gallorum
Tectiuoras gallinas. neque nauiuoræ
A luctu cessabunt inimicæ faces,
Interfecto ramo, quem recens effossum
Teget quondam in agris Methymnæ tectum.
Vnus quidem in lauacris inobseruabiles
Laquei collaris quærens uias,
Implicitus in euerriculo
Cæcis inuestigabit manibus fimbriatas futuras.
Calidum porrò balnei subiens operimentum,
Cortinam & operculum irrigabit cerebro,
Percussus acuta securi summum caput medium.

οἰκτρὰ δ᾽ ἐπ᾽ ἐμφὶξ ταίναρον πεφρύξεται,
λυπρὰν λεαίτης ἐς στίβον οἰκείαν.
z ληνίς ἐγὼ δὲ ˣ δροίτης ἄγχι κείσομαι πέδῳ,
χαλυβδικῷ κνώδοντι συντεθραυσμένη,
ἐπεί με πεύκης πρέμνον ἢ στύπος δρυός.
ὅπως τις ὑλοκουρὸς ἐργάτης ὀρεύς,
ῥήξει πλατὺν τένοντα καὶ μετάφρενον,
καὶ πᾶν λακίζουσ᾽ ἐν φοναῖς ψυχρὸν δέμας
a αὐχένα δράκαινα διψάς, κἀπιβᾶσ᾽ ἐπ᾽ ᵃ αὐχένα.
πλήσει γέμοντα θυμὸν ἀγρίας χολῆς,
ὡς κλεψίνυμφον κοὐ δορύκτητον γέρας
b δύσζηλος ᵇ δύζηλος ἀστένακτα τιμωρουμένη.
βοῶσα δ᾽ οὐ κλύοντα δεσπότην πόσιν,
c κατίχνος θρώσω, ᶜ κατ᾽ ἴχνος ἠνεμωμένη πτεροῖς.
σκύμνος δὲ πατρὸς κῆρα μαστεύων φόνου,
εἰς σπλάγχν᾽ ἐχίδνης αὐτόχειρ βάψει ξίφος,
κακὸν μίασμ᾽ ἔμφυλον ἀλθαίνων κακῷ.
ἐμὸς δ᾽ ἀκοίτης δμωΐδος νύμφης ἄναξ
ζεὺς σπαρτιάταις αἱμύλοις κληθήσεται,
τιμὰς μεγίστας οἰβάλου τέκνοις λαχών.
οὐ μὴν ἐμὸν νώνυμον ἀνθρώποις σέβας.
ἔσται μαρανθὲν αὖθι ληθαίῳ σκότῳ.
d ἄκραι. ναὸν δέ μοι τεύξουσι δαυνίων ᵈ ἄκροι
σάλπης παρ᾽ ὄχθαις, οἵ τε δάρδανον πόλιν
ναίουσι λίμνης ἀγχιτέρμονες ποτῶν.
κοῦραι δὲ παρθένειον ἐκφυγεῖν ζυγὸν
ὅταν θέλωσι, νυμφίους ἀρνούμεναι,
τοὺς ἑκτορείαις ἠγλαϊσμένους κόμαις,
e σίμελον μορφῆς ἔχοντας ᵉ σίφλον ἢ μῶμαρ γένους,
ἐμὸν περιπτύξουσιν ὠλέναις βρέτας,

ἄλκαρ

Tum anima misera Tænarum uolitabit,
Acerbum leænæ experta ministerium.
Ego autem iuxta labrum in solo iacebo
Chalybico uulnerata ense:
Siquidē mihi, ceu pinus truncū, quercus'ue stipitē
Frondator aliquis, montanus opifex,
Latas rumpet ceruices atq; dorsum:
Totumq; lacerans cædibus corpus frigidum
Vipera dipsas, pedemq; collo imponens,
Explebit animum crudeli plenum ira,
Tanquam adulteri, nec belli præmium
Aemula sine gemitu ulciscens.
Vocans autem nō audientem dominum maritum,
Curram post tergum alis sublata.
Pòst catulus paternam noxam cædis persequens,
In uiperæ intestinis manu sua tinget ensem,
Malum piaculum gentile malo expians.
Meus deinde maritus, captiuæ dominus sponsæ,
Iupiter à Spartanis argutis uocabitur,
Summos honores ab Oebali posteris consequens.
Iam nec mea inter homines obscura gloria
Erit, obliterata obliuionis tenebris:
Sed mihi templum ædificabunt apud Salpes ripas
Dauniorum principes, Dardaniq; oppidi
Incolæ palustribus aquis affines.
Virgines autem cum nuptiale declinare iugum
Voluerint, sponsos recusantes
Hectorea superbos coma,
Formæ præditos turpitudine, uel generis macula,
Meam ulnis amplectentur statuam,

ἄλκαρ μέγιστον κτάμεναι νυμφευμάτων,
ἐριννύων ἐσθῆτα καὶ ῥέθους βαφὰς
πεπαμέναι θρόνοισι φαρμακτηρίοις.
κείναις ἐγὼ δαίμων ἄφθιτος θεὰ
ῥαβδηφόροις γυναιξὶν αὐδηθήσομαι.
πένθος δὲ πολλαῖς παρθένων τητωμέναις
τεύξω γυναιξὶν αὖθις, αἳ στρατηλάτην
ἀθεσμόλεκτρον κύπριδος λῃστὴν θεᾶς
δαρδὸν στυγοῦσαι, κλῆρον εἰς ἀνάρσιον
πέμψουσι παῖδας ἐστερημένας γάμων.
λάρυμνα καὶ σπερχεῖ, καὶ Βοάγριε,
καὶ κῦνε, καὶ σκάρφεια, καὶ φαλωριάς,
καὶ ναρύκειον ἄστυ, καὶ θρονίτιδος
λοκρῶν ἀγυιαί, καὶ πυραίθιοι νάπαι,
[f ἰλέως] καὶ πᾶς ὀδοιδόκειος [f] ἰλέος δόμος,
ὑμεῖς ἐμῶν ἕκατι δυσσεβῶν γάμων,
[g τίσετ'] ποινὰς γυγαίᾳ [g] τίσετ' ἀγρίσκᾳ θεᾷ,
τὸν χιλίωρον τὰς ἀνυμφεύτους χρόνον
πάλου βραβείαις γηροβοσκοῦσαι κόρας,
αἷς ἀκτέριστος ἐν ξένῃ ξέναις τάφος
[h ἐκκλυσθήσεται] ψάμμῳ κλύδωνος [h] λυπρὸς ἐκλυθήσεται,
ὅταν [i] ἀκάρποις γυία συμφλέξας φυτοῖς
[i ἀκάρπου φυτοῦ] ἥφαιστος εἰς θάλασσαν [k] ἐκβράσσῃ σποδὸν,
[k ἐκβράσῃ] τῆς ἐκ λόφων τράρωνος ἐφθιτωμένης.
ἄλλαι δὲ νύκτωρ ταῖς θανουμέναις ἴσαι
σίθωνος εἰς θυγατρὸς ἵξονται γύας,
λαθραῖα κἀκκέλευθα παπταλώμεναι,
ἕως ἂν εἰσφρήσωσιν ἀμφιέρας δόμους
λιταῖς σθενείας ἱκέτιδες γενόμεναι,
θεᾶς δ' ὀφελτρεύσωσι κοσμοῦσαι πέδον,

δρόσῳ

Remedium nuptiarum habituræ maximum,
Furiarum ueſtem & faciei tincturam
Coloribus adeptæ medicatis.
Ab illis ego uirgiferis mulieribus
Immortalis dea diu uocabor.
Luctum contrà multis mulieribus egenis
Virginum rurſus præbebo, quæ ducem
Inceſtum, Cypriæ prædonem deæ,
Diu gementes, in crudelem ſortem
Mittent puellas nuptiarum expertes.
O' Larymna, Sperchee, Boagrie,
Cyne, Scarphea, Phalorias,
Vrbs Narycea, Thronitides
Locrenſes uici, Pyranthij ſaltus,
Totaq; Hodœdocea Oilei domus:
Vos mearum cauſa nuptiarum impiarum
Pœnas Gygææ dabitis Agreſti deæ,
Millenario innuptas tempore
Sortis conſtitutionibus educantes uirgines,
Quarũ exequijs carens peregrinũ peregrè ſepulcrũ
Triſte maris æſtu diſsipabitur,
Quando ſterilibus membra ſarmentis comburens
Vulcanus, excutiet in mare cinerem
Perditæ ex collibus Traronis.
At aliæ nocte morituris pares
In Sithoniæ filiæ regiones peruenient,
Per occultas ſpeculantes ſemitas,
Donec ad Amphiræ confugiant ædem,
Precibus Robuſtam ſupplices adorantes:
Deæq; uerrent ornando templum,

Aquis

δρόσῳ προφοιβάσωσιν, ἀστεργῆ χόλον
ἀστῶν φυγοῦσαι. πᾶς γὰρ Ἰλιεὺς ἀνὴρ
κόρας δοκεύσει πέτρον ἐν χεροῖν ἔχων,
ἢ φάσγανον κελαινόν, ἢ ταυροκτόνον
στερρὰν κύβηλιν, ἢ φαλακραῖον κλάδον,
μαιμῶν κορέσσαι χεῖρα διψῶσαν φόνου.
δῆμος δ' ἀνατεὶ τὸν κτανόντ' ἐπαινέσει,
τεθμῷ χαράξας τὸ πιλώβητον γένος.
ὦ μῆτερ ὦ δύσμητερ, οὐδὲ σὸν κλέος
ἄπυστον ἔσται, Περσέως δὲ παρθένος
Βριμὼ τρίμορφος θήσεταί σ' ἐπωπίδα
1 ταρβέουσαν & ταρμύσσουσαν — κλαγγαῖσι [1] ταρβήσουσαν ἐννύχοις βροτούς,
ὅσοι μεδούσης Στρυμόνος Ζηρυνθίας
m δίκηλα — m δείκηλα μὴ σέβουσι λαμπαδουχίαις,
θύσθλοις Φεραίαν ἐξακούμενοι θεάν.
κ) ψευδήριον δὲ νησιωτικὸς στόνυξ
Πάχυνος ἕξει, σεμνὸν ἐξ ὀνειράτων,
ταῖς δεσποτείαις ὠλέναις ὠγκωμένον,
ῥέεθρον Ἑλώρου πρόσθεν ἐκτρισμένης.
o τλήμονι — ὃς δὴ παρ' ἀκταῖς ° Τλήμονος φανεῖ χοὰς
τριαύχενος μείλιγμα δειμαίνων θεᾶς,
λευστῆρα πρῶτον οὕνεκα ῥίψας πέτρον
ἄδην κελαινῶν θυμάτων ἀπάρξεται.
σὺ δ' ὦ ξύναιμε, πλεῖστον ἐξ ἐμῆς φρενὸς
στερχθείς, μελάθρων ἕρμα καὶ πάτρας ὅλης,
οὐκ εἰς κενὸν κρηπῖδα φοινίξεις φόνῳ
ταύρων, ἄνακτι τῷ Ὀφίωνος θρόνων
πλείστας ἀπαρχὰς θυμάτων δωρούμενος,
ἀλλ' ἄξεταί σε πρὸς γενεθλίαν πλάκα
τὴν ἐξόχως Γραικοῖσιν ἐξυμνημένην,

ὅπου

Aquisq; purgabunt, implacidæ iræ
Ciuium elapsæ. quiuis enim Troianorum
Puellas obseruabit, saxum in manu tenens,
Vel ensem nigrum, uel tauricidam
Validam securim, uel Phalacræum baculum,
Gestiens manum sitibundam cæde satiare.
Populus autem impunè homicidam laudabit,
Lege proscribens perniciosam gentem.
O' mater, infelix mater, ne tuum quidem nomen
Erit ignobile. nam Persei filia
Brimo Triformis te faciet canem,
Clangoribus territuram nocturnis homines,
Quicunq; Strymonis reginæ Zerinthiæ
Statuam non colunt lampadum gestationibus,
Sacrificijs Pheræam placantes deam.
Cenotaphium uerò scopulus insularis
Pachyni uenerandum habebit, è somnijs
Aggestum herilibus manibus:
Qui iuxta ripas miseræ fundet libamina,
Ante fluenta Helori sepultæ,
Triceruicis iram formidans deæ,
Quoniam primum lapidatorem projciens lapidē,
Nigra Plutoni auspicabitur sacra.
Iam tu, frater, plurimum ex animo mihi
Dilecte, fulcrum ædium, totiusq; patriæ,
Non frustra solum cæde cruentabis
Taurorum, regi thronorum Ophionis
Plurimas offerens uictimarum primitias:
Sed in natalem te ducet terram,
Eximiè Græcis celebratam:

ὅπου σφε μήτηρ ἡ πάλαις ἐμπείραμος,
τὴν πρόσθ' ἄνακτα κἀμβαλοῦσα Ταρτάρῳ
ὠδῖνας ἐξέλυσε λαθραίας γονῆς,
τὰς παιδοβρῶτας ἐκφυγοῦσ' ὁμευνέτου
θοίνας ἀσέπτους. οὐδ' ἐπίανεν βορᾷ
νηδύν, τὸν ἀντίποινον ἐκλάψας πέτρον
ρ ἀλυμένον ἐν γυιοκόλλοις σπαργάνοις ρ εἰλιγμένον
τύμβος γεγὼς ἀγήραος ὠμοφρων ἀπορρᾶς.
q λ· νήσοις μακάρων q ἐγκατοικήσεις μέγας
ἥρως ἀρωγὸς λοιμικῶν τοξευμάτων,
ὅπου σε πεισθεὶς Ὠγύγου σπαρτὸς λεὼς
r ταρμινθίως χρησμοῖς ἰατροῦ Λεψίου r Τερμινθέως
ἐξ Ὀφρυνείων πέδων ἀνερρύσας
ἄξει Καλύδνου τύρσιν Ἀόνων τε γῆν
σωτῆρ', ὅταν κάμνωσιν ὁπλίτῃ στρατῷ
πέρθοντες χώραν, τήνδε τ' ἀνάκτορα.
κλέος δὲ σὸν μέγιστον Ἐκτήνων πρόμοι
λοιβαῖσι κυδανοῦσιν ἀφθίτοις ἴσον.
ἥξει δὲ Κνωσσὸν κἀπὶ Γόρτυνος δόμους
τὸ μὸν ταλαίνης πῆμα, πᾶς δ' ἀνάστατος
ἔσται στρατηγῶν οἶκος, οὐ γὰρ ἥσυχος
πορκεὺς δίκωπον σέλμα ναυστολῶν ἐλᾷ,
Λεῦκον στροβήσων φύλακα τῆς μοναρχίας,
ψυδραῖσι τ' ἐχθρὰς μηχανὰς ἀναπλέκων,
ὃς οὔτε τέκνων φείσετ', οὔτε συγγάμου
s φρένα Μήδας δάμαρτος ἠγριωμένος s φρένας,
οὐ Κλεισιθήρας θυγατρὸς, ἧς πατὴρ λέχος
θρεπτῷ δράκοντι συγκατῄνεσεν πικρόν.
πάντας δ' ἀνάγνοις χερσὶν ἐν ναῷ κτενεῖ,
λώβαισιν αἰκισθέντας Ὀγκαίου βόθρου.

Vbi mater ipsum luctæ perita,
Priorem reginam inijciens Tartaro,
Dolores exoluit occulti partus,
Pueriuoras effugiens coniugis
Epulas impias: nec satiauit cibo
Ventrem, uicarium deglutiens lapidem,
Fascijs membra uincientibus inuolutum,
Sepulcrum factus prolis centaurus crudelis.
In beatorum igitur insulis habitabis, magnus
Heros, pestiferarum uindex sagittarum:
Quò te satus Ogygi populus, obtemperans
Oraculis Medici Lepsij Terminthei,
Ex Ophryneis ablatum sepulcris
Feret, Calydni ad mœnia, terramq; Aonum,
Seruatorem, cum infestabuntur armato exercitu,
Populante regionem, Tenericq; oracula.
Tuum deniq; nomen maximum, dijs æquale,
Sacrificijs uenerabuntur Thebanorum duces.
Veniet etiam Gnosum & Gortynæ ad ædes
Mea miseræ clades, totaq; uastabitur
Principum domus. inquietus etenim
Piscator biremem aget nauigans ratem,
Leucum agitaturus, regni custodem,
Fallacibusq; odium dolis conciliaturus:
Qui neq; liberis parcet, neq; coniugi
Medæ uxori, exacerbatus animum,
Neq; Clisitheræ filiæ, cuius pater torum
Alumno draconi spondebit acerbum:
Sed omnes impijs manibus in Onceæ foueæ
Templo occidet contumelijs affectos.

γένους δὲ πάππων τῶν ἐμῶν αὖθις κλέος
μέγιστον αὐξήσουσιν ἀμναμοί ποτε,
αἰχμαῖς τὸ πρωτόλειον ἄραντες στέφος,
γῆς καὶ θαλάσσης σκῆπτρα καὶ μοναρχίαν
λαβόντες. οὐδ' ἄμνηστον ἀθλία πατρὶς
κῦδος μαρανθὲν ἐγκατακρύψεις ζόφῳ,
τοιούσδ' ἐμός τις σύγγονος λείψει διπλοῦς
t ῥώμη — σκύμνους λέοντας, ἔξοχον t ῥώμης γένος,
u χοιράδος — ὁ κασνίας τε τῆς τε u χοιράδος γόνος,
βουλαῖς ἄριστος, οὐδ' ὀνοστὸς ἐν μάχαις.
x ῥάικηλον — ὃς πρῶτα μὲν x ῥαίκηλον οἰκήσει μολών,
κισσοῦ παρ' αἰπὺν πρῶνα καὶ λαφυστίας
κερασφόρους γυναῖκας, ἐκ δ' ἀλμωνίας
y παλιμπλανήτην — y πάλιν πλανήτην δέξεται τυρσηνία
z λιγγεὺς — z λιγγεύς τε θερμὸν ῥεῖθρον ἐκβράσσων ποτῶν.
a ἀγύλλης. — καὶ πῖσα ᾿ a ἀγύλλης θ' αἱ πολύρρηνοι νάπαι.
σὺν δέ σφι μίξει φίλιον ἐχθρὸς ὢν στρατόν,
ὅρκοις κρατήσας καὶ λιταῖς γουνασμάτων
b ἐρευνήσας — νάνος πλάναισι πάντ' b ἐρευνήσας μυχὸν
ἁλός τε καὶ γῆς. σὺν δὲ δίπτυχοι τόκοι
μυσῶν ἄνακτος, οὗ ποτ' οἰκουρὸς δόρυ
γνάμψει θέοινος, γυῖα συνδήσας λύγοις.
τάρχων τε καὶ τυρσηνὸς αἴθωνες λύκοι
τῶν ἡρακλείων ἐκγεγῶτες αἱμάτων.
ἔνθα τράπεζαν εἰδάτων πλήρη κιχὼν
τὴν ὕστερον βρωθεῖσαν ἐξ ὀπαόνων,
μνήμην παλαιῶν λήψεται θεσπισμάτων.
κτίσει δὲ χώραν ἐν τόποις βορειγόνων
ὑπὲρ λατίνους δαυνίους τ' ᾠκισμένην,
πύργους τριάκοντ' ἐξαριθμήσας γονὰς

συὸς

Gloriam porrò generis maiorum meum
Maximam rursus augebunt olim posteri,
Hastis erecta primarum corona partium,
Terræ marisq; sceptrum & imperium
Adepti: neq; obscuram, infelix patria,
Gloriam marcescentem tenebris occultabis.
Tales meus quidam consanguineus relinquet duos
Leunculos, eximiam Romæ stirpem,
Castniæ filius & Chœradis,
Consilio optimus, nec ineptus bello:
Qui primum Rhæcelum ueniens habitabit
Apud altum Cissi montem, & Laphystias
Cornigeras mulieres. ex Halmopia uerò
Rursus erronem excipiet Tyrrhenia,
Lynceusq; calidum eijciens laticum flumen,
Et Pisa, saltusq; Agyllæ pecorosi.
Cum illo deinde iunget amicũ inimicus exercitum,
Iuramentis adigens & precibus geniculatis,
Nanus, erroribus omnes perscrutatus angulos
Maris terręq;: simul quoq; gemini filij
Mysorum regis (cuius aliquando Latitans hastam
Curuabit uini deus, crura uiticibus colligans)
Tarchon & Tyrrhenus, lupi feruidi,
Herculeo prognati sanguine:
Vbi mensam cibis plenam offendens,
Quam postea comederant socij,
In memoriam ueterum redibit oraculorum,
Condetq; in regione Aboriginum
Vltra Latinos Dauniosq; habitata,
Turres triginta, partus enumerans

συὸς κελαινῆς, ἣν ἀπ' Ἰδαίων λόφων
καὶ Δαρδανείων ἐκ τόπων ναυσθλώσεται
ἰσηρίθμων θρεπτῆρα γ' ἐν τόκοις κάπρων.
ἧς καὶ πόλει δείκηλον αὐθήσει μιᾷ
χαλκῷ τυπώσας, καὶ τέκνων γλαγοτρόφων.
e μυνδία. δείμας δὲ σηκὸν [e] μυνδίᾳ Παλληνίδι,
πατρῷ' ἀγάλματ' ἐγκατοικιεῖ θεῶν,
ἃ δὴ παρώσας καὶ δάμαρτα καὶ τέκνα,
καὶ κτῆσιν ἄλλην ὀμπνίαν κειμηλίων,
σὺν τῷ γεραιῷ πατρὶ πρεσβιώσεται,
πέπλοις περισχὼν, ἦμος αἰχμηταὶ κύνες
τὰ πάντα πάτρας συλλαφύξαντες πάλῳ,
τούτῳ μόνῳ πόρωσιν αἵρεσιν, δόμων
λαβεῖν ὃ χρήζει, κἀπενέγκασθαι λαύος.
ὃς καὶ παρ' ἐχθροῖς εὐσεβέστατος κριθεὶς,
τὴν πλεῖστον ὑμνηθεῖσαν ἐν χάρμαις πάτραν
ἐν ὀψιτέκνοις ὀλβίαν δομήσεται
τύρσιν μακεδνὰς ἀμφὶ Κιρκαίου νάπας,
Ἀργοῦς τε κλεινὸν ὅρμον Αἰήτην μέγαν,
λίμνης τε Φόρκης Μαρσιωνίδος ποτὰ,
Τιτώνιόν τε χεῦμα, τοῦ κατὰ χθονὸς
δύνοντος εἰς ἄφαντα κευθμῶνος βάθη,
Ζωστηρίου τε κλιτὺν, ἔνθα παρθένου
στυγνὸν Σιβύλλης ἐστὶν οἰκητήριον,
γρώνῳ βερέθρῳ συγκατηρεφὲς στέγης.
τοσαῦτα μὲν δύσληκτα πείσονται κακὰ
d αἰστῶσαι. οἱ τὴν ἐμὴν μέλλοντες [d] αἰστώσειν πάτραν.
e τῇ τί γὰρ ταλαίνῃ μητρὶ [e] τῇ Προμηθέως
ξυνὸν πέφυκε, καὶ τροφῷ Σαρπηδόνος,
ἃς πόντος Ἕλλης, καὶ πέτραι Συμπληγάδες,

καὶ Σαλ-

Suis nigræ, quam ab Idæis collibus
Et sedibus Dardanijs naui uehet,
Totidem porcellorum in partu nutricem:
Cuius etiam in urbe una simulacrum consecrabit
Aere sculptum, & porculorum lactentium.
Extructo autem templo Myndiæ Pallenidi,
Penatum deorum intus collocabit simulacra,
Quæ sane, contemnens & uxorem & liberos,
Et possesionem aliam thesaurorum opimam,
Cum sene patre pluris faciet,
Vestibusq; inuoluet, quando bellicosi canes
Omnem patriam simul diripientes sorte,
Huic soli dabunt optionem ex ædibus
Sumendi quod uelit, & auferendi pro præmio.
Quapropter & ab inimicis iudicatus pietatis plenissi-
Plurimum celebratam in bellis patriam (mus,
Per posteros ædificabit, felicem
Arcem, altas iuxta Circæi siluas,
Portumq; Argonis inclytum, Aeeten magnum,
Phorcesq;, Marsicæ paludis, latices,
Titonisq; aquam sub terram
Subeuntis in obscuras hiatus profunditates,
Et Zosterij promontorium, ubi uirginis
Horrendum est Sibyllæ domicilium,
Cauo antri barathro contectum.
Ac tot quidem intoleranda patientur mala,
Qui meam uastaturi sunt patriam.
Quid enim miseræ Promethei matri
Et Sarpedonis genitrici commune fuit,
Quas Hellespontus, & Symplegadum saxa,

καὶ σαλμυδησσὸς, καὶ κακόξεινος κλύδων
σκύθαισι γείτων καρτεροῖς ἔγχη πάγοις,
λίμνην τε τέμνων ταναΐς ἀκραιφνὴς μέσην
ῥείθροις ὁρίζει, πρὸς φιλιστάτην βροτοῖς
χίμετλα μαιώταισι θρηνοῦσι πολύν. f χίμετλα
ὄλοιντο ναῦται πρῶτα καρνῖται κύνες,
οἳ τὴν βοῶπιν ταυροπάρθενον κόρην
λέρνης ἀνηρέψαντο φορτηγοὶ λύκοι,
πλάτιν πορεῦσαι κῆρα μεμφίτῃ πρόμῳ. g πλάτιν
ἔχθρας δὲ πυρσὸν ἦραν ἠπείροις διπλαῖς. πυρσοί.
αὖθις γὰρ ὕβριν τὴν βαρεῖαν ἁρπαγῆς
κουρῆτες ἀντίποινον ἰδαῖοι κάπροι
ζητοῦντες, αἰχμάλωτον ἤμπρευσαν πόριν
σὺν ταυρομόρφῳ τράμπιδος h τυμπώματι h τυπώματι
i σαραπτίαν δικταῖον εἰς ἀνάκτορον i σαραπτίαν
δάμαρτα κρήτης ἀστέρῳ στρατηλάτῃ.
οὐδ᾽ οἵ γ᾽ ἀπηρκέσθησαν ἀντ᾽ ἴσων ἴσα
λαβόντες, ἀλλὰ κλῶπα σὺν τεύκρῳ στρατὸν
καὶ σὺν σκαμάνδρῳ δρυμνίῳ φυτοσπόρῳ
ἐς βεβρύκων ἔστειλαν οἰκητήριον
σμίνθοισι δηρίσοντας, ὧν ἀπὸ σπορᾶς
ἐμοὺς γενάρχας ἐξέφυσε δάρδανος,
γήμας ἀρίσβαν κρῆσσαν εὐγενῆ κόρην.
καὶ δὶς τριπλοῦς ἔπεμψαν ἁρπαγὰς λύκους.
ταγῷ μονοκρήπιδι κλέψοντας νάκην
δρακοντοφρούροις ἐσκεπασμένην σκοπαῖς.
ὃς εἰς κυταίαν τὴν λιγυστικὴν μολὼν,
καὶ τὸν τετράπτιλον ὕδρον δυνάσας θρόνοις,
καὶ γυῖα ταύρων βαστάσας πυριπνόων
ἄροτρα, καὶ λέβητι δαιτρευθεὶς δέμας,

οὐκ ἀσμέ-

Et Salmydiſſus, atq; inhoſpitalis fluctus,
Scythis uicinus, firmis arcet rupibus,
Paludemq; dirimens rapidus Tanais mediam,
Fluentis diſtinet, hominibus iucundiſsimam
Mæotijs, perniones pedum lugentibus.
Pereant nautæ primum Carnitæ canes,
Qui bouis præditam facie tauriuirginem puellam
A' Lerna aſportarunt, mercatores lupi,
Coniugem deducendam infelicē Memphitũ duci;
Odijq; facem duabus extulêre continentibus.
Rurſus enim iniuriam grauem raptus
Mutuam Curetes Idæi apri
Perſequentes, captiuam traxerunt iuuencam
In tauriformi nauigij uaſe
Sarapeam Dictæum in palatium,
Vxorem ſtellato Cretæ imperatori.
Nec illi contenti fuerunt pro paribus paria
Accepiſſe: ſed raptorem exercitum cum Teucro,
Et cum genitore, Scamandro Cretenſi,
In Bebrycum regionem dimiſerunt
Cum muribus pugnaturos: ex quorum origine
Meos maiores procreauit Dardanus,
Ducta Arisba Creſſa nobili puella.
Quin etiam ſecundos miſerunt rapaces lupos,
Regi unum induto calceum furaturos uellus
Draconis cuſtodibus munitum excubijs:
Qui Cytæam ueniens Liguſticam,
Et quadrinarem draconem ſopiens pharmacis,
Curuaq; taurorum regens igniuomorum
Aratra, & in lebete corpus excoctus,

οὐκ ἀσμένως ἥμαρψεν ἐχθρᾶς σκύτος,
ἀλλ' αὐτόκλητον ἁρπάσας κηραΐδα,
τὴν γνωτοφόντιν καὶ τέκνων ἀλάστορα,
εἰς τὴν λέληθρον κίσσαν ἡρματίξατο
k χαονιτικῶν. φθογγὴν ἐδωλίων [k] χαονικῶν ἄπο
βροτησίαν ἱεῖσαν ἔμπαιον δρόμων.
πάλιν δ' ὁ πέτρας ἀσκόρας ἀνειρύσας
καὶ φασγανοῦ ζωστῆρα καὶ ξίφος πατρὸς,
ὁ φημίου παῖς, σκῦρος ᾧ λυγρὸς τάφους
κρημνῶν γ'ὄρθων αἰγίλιψ ῥοιζουμένων
πάλαι δὲ λεύσει τὰς ἀταρχύτους ῥιφὰς,
σὺν ᾧ θενεὶ Βλαίξας τῷ ἀπάσαντι δρίας
μύστῃ τροπαίας μαστὸν οὐθηλὸν θεᾶς
ζωστηροκλέπτης, νεῖκος ὠρίνων διπλοῦν
στόρνην τ' ἀμέρσας, καὶ θεμισκύρας ἄπο
l τεξοδάμνον τὴν [l] τεξόδαμνον νοσφίσας ὀρθωσίαν.
m νεπτουνίδος. ἧς αἱ ξύναιμοι πρὸς θρόνει [m] νεπτουνίδου,
δρῖν λιποῦσαι λάγμον, ἠδὲ τήλαμον
καὶ χεῦμα θερμώδοντος, ἀκταῖον τ' ὄρος,
πεινὰς ἀθέλκτους ἁρπαγῆς διζήμεναι,
ὑπὲρ κελαινὸν ἴστρον ἤλασαν σκύθας
ἵππους, ὁμοκλήτειραν ἱεῖσαι βοὴν
γαικοῖσιν ἀμιάμνης τε παῖς ὀρέχθεως.
καὶ πᾶσαν ἀκτὴν ἐξεπέρθησαν δορὶ,
τὰς μοψοπείους αἰθαλώσασαι γύας.
πάππος δὲ θρήκης οὗμος αἰστώσας πλάκα,
n ἰορδνῶν et ἰορδῶν χώραν τ' [n] ἐωρδῶν καὶ γαλαδραῖον πέδον,
ὅρους ἔπηξεν ἀμφὶ πλωνοῦ ποτοῖς,
στερρὰν τραχήλῳ ζεύγλαν ἀμφιθεὶς πέδαις,
ἀλκῇ νεάνδρος ὑπερτεῖσατος γένους.

δ' αὐτὴ

Non impunè cepit arietis uellus,
Sed uoluntariam rapiens ouem
Fratricidam, filiorumq́ perditricem,
In loquacem imposuit picam,
Vocem è transtris Chaonicis
Humanam emittentem, cursus peritam.
Rursum qui è saxo calceos extraxerat,
Ensisq́ cingulum, & gladium patris,
Phemij nepos, cui Scyrus sepulcrum triste
Ardua sub præcipitijs deturbato
Iampridem seruat, insepultos iactus,
Cum leone ueniens initiato, qui bellicæ
Suxerat uberem Trophęæ mammam deæ,
Fur balthei, rixam excitauit duplicem,
Tum zonam auferens, tum ex Themiscyra
Sagittariam rapiens Orthosiam:
Cuius sorores, puellæ Neptunides,
Erin relinquentes, Lagmum, Telamum,
Et fluuium Thermodontis, Actæumq́ montem,
Pœnas implacabiles rapinæ quærendo,
Vltra nigrum Istrum Scythicas egerunt
Equas, bellicam emittentes uocem
Græcis, & Erechthei nepotibus:
Ac totam bello perdiderunt Atticam,
Mopsopias inflammantes regiones.
Pòst auus meus Thraciæ uastans aruum,
Agrumq́ Eordorum & Galadræum solum,
Terminos fixit circa Penei fluenta,
Forte collo iugum circumdans uinculis,
Viribus adolescens, nobilissimus generis.

ἠδ' αὐτὶ τὸν τάῤῥοθον Βουλάτην
τὸν ἐξ ἀπρύμνου στρόφος ἐγχλαινούμενον
στέλλασα, λίστροις αἰπὺν ἤρειψεν πάγον,
τὸν ἡ παλίμφρων γραῖα ἐν κλήροις θεῶν
καθιδρύσει πημάτων ἀρχηγέτιν.
αὖθις δὲ Κίρκου Τμῶλον ἐκλελοιπότες,
Κίμψον τε, καὶ χρυσεργὰ Πακτωλοῦ ποτά,
καὶ νᾶμα λίμνης, ἔνθα Τυφῶνος δάμαρ
κευθμῶνος αἰνόλεκτρον εὐδαίει μυχόν,
Ἄγυλλαν Αὐσονῖτιν εἰσεκώμασαν,
δεινὴν Λιγυστίνοισι, τοῖς τ' ἀφ' αἵματος
ῥίζαν Γιγάντων Σιθόνων κεκτημένοις,
λόγχης ἐν ὑσμίνῃσι μίξαντες πάλην,
εἷλον δὲ Πῖσαν, καὶ δορύκτητον χθόνα
πᾶσαν κατειργάσαντο τὴν Ὄμβρων πέλας,
καὶ Σαλπίων βεβῶσαν ὀχθηρῶν πάγων.
οἰγάιε λοῖσθος δ' ὁ ἐγείρει γραιὸς ἀρχαίαν ἔριν,
πυρσεύσων ἤδη τὸ πρὶν ἐξάπτων φλογί,
ἐπεὶ Πελασγοὺς εἶδε ῥωμαλαιοῦ ποτὲ
κρουνοῖσιν ὀθνείοισι βάψαντας γαίος.
ἠδ' αὖτις οἰστρήσασα τιμωρουμένη,
τριπλᾶς τε τετραπλᾶς ἀντιτίσεται βλάβας,
πέρθουσα χώρας ἀντίπορθμον ἠόνα.
πρῶτος μὲν ἥξει ζηνὶ τῷ λαπερσίῳ
ὁμώνυμος ζεύς, ὃς καταιβάτης μολὼν
σκηπτῷ πυρώσει πάντα δυσμενῶν σταθμά,
σὺν ᾧ θανοῦμαι, κἂν νεκροῖς στρωφωμένη
τὰ λοιπ' ἀκούσω ταῦθ', ἃ νῦν μέλλω θροεῖν.
ὁ δεύτερος δὲ τοῦ πεφασμένου κέλωρ
ἐν ἀμφιβλήστροις, ἔλλοπος μυνδοῦ δίκην,

καταιθα-

At illa pro istis uindicem bubulcum
Sex habentem puppes, leonina chlamydatum
Mittens, altam ligonibus arcem eruit:
Quem Gorgas in deorũ concilio mutata sententia
Consecrabit, cladium princeps.
Deinde accipitres Tmolum deserentes,
Cimpsumq́, & auriflua Pactoli fluenta,
Ac fluxionem paludis, in qua Typhonis uxor
Cauernæ infausto incubat angulo:
In Agyllam Italicam irruerunt,
Grauem cum Ligustinis, & à sanguine
Gigantum Sithoniorum stirpem ducentibus,
Belli conflictu miscentes pugnam.
Ceperunt autem Pisam, captiuamq́ terram
Omnem subegerunt prope Vmbros sitam,
Et Alpium collocatam super turgidos colles.
Vltimus autem excitat antiquam torris litem,
Ignem iam sopitum flamma redaccendens,
Postquam Pelasgos uidit Rhyndaci fluminum
Laticem peregrinis tingentes urnis.
Tum illa œstro percita rursus ulciscens,
Tripla quadrupla rependet damna,
Vastans oppositum regionis litus.
Primus quidem ueniet Iouis Lapersij
Cognominis Iupiter: qui accedens Descensor,
Cuncta fulmine inflammabit hostium stabula:
Quocum moriar, & apud inferos uersans,
Reliqua audiam hæc, quæ nunc sum dictura.
Secundus, occisi in retibus,
Muti piscis ritu filius,

κατασκαλώσει γαῖαν ὀθνείαν μολών,
χρησμοῖς ἰατροῦ σὺν πολυγλώσσῳ στρατῷ.
τρίτος δ' ἄνακτος τοῦ δρυηκολάπτου γόνος
τὴν τευχοπλάστιν πρὸς θεγίον Βραγχησίαν
πεδαιολίξας, βῶλον ἐμπεφυρμένην
νασμοῖς ὀρύξαι τῷ κεχρημένῳ δάνος,
σφραγῖδα δέλτῳ δακτύλων ἐφαρμόσαι
p νάσσεται. φθειρῶν ὀρείαν p στήσεται μοναρχίαν,
q κάρα δηώσας τὸν πρωτόμισθον q καραδηώσας στρατόν,
r κασωρὶς ὅταν κόρη r κασωρὶς εἰς ἐπείσιον
χλούνην ὑλακτήσασα κικκάσῃ γάμους
s κηλωτὰ νυμφεῖα πρὸς s κηλωστὰ καρβανῶν τελεῖν.
οἱ δ' αὖ τέταρτοι τῶν Δυμαντείου σπορᾶς,
Λακμώνιοί τε καὶ Κυτιναῖοι κόδροι.
t βρίγγον ὄρος δίβρος οἳ t Βίγγρον οἰκήσουσι, Σατνιόν τ' ὄρος,
καὶ Χερρόνησον τοῦ πάλαι ληκτιθείαν
θεᾶς κυρίτα πάμπαν ἐστυγημένους,
τῆς παντομόρφου Βασσάρας λαμπουρίδος
τοκῆος, ἥτ' ἀλφαῖσι ταῖς καθ' ἡμέραν
βουπείναν ἀλθαίνεσκεν ἀκμαίαν πατρός
ὀθνεῖα γατομοῦντος αἴθωνος πέδα.
ὁ φρὺξ δ' ἀδελφῆς αἷμα τιμωρούμενος
πάλιν τιθήνην ἀντιπορθήσει χθόνα
τοῦ νεκροτάγου τὰς ἀθωπεύτους δίκας
φθιτοῖσι ῥητρεύοντος ἀστεργεῖ τρόπῳ.
ὃς δή ποτ' ἀμφώδοντος ἐξ ἄκρων λοβῶν
φθείρας κύφελλα καλλυνεῖ προτίδας,
δάπταις τιτύσκων αἱμοπώτησιν φόβον.
τῷ πᾶσα φλέγρας αἶα δουλωθήσεται,
θραμβουσία τε δειράς, ἥτ' ἐπάκτιος

στόρθυγξ

Comburet externam regionem, ubi uenerit
Ex oraculo Medici multilingui cum exercitu.
Tertius, regis lignatoris filius,
Figulam uirginem Milesiam
Inducens ad glebam maceratam
Aqua præbendum indigenti dono,
Ad imprimendum chartæ manus sigillum,
Montanum Phthirorum condet imperium,
Primo mercenario Care destructo exercitu:
Quando puella meretrix in pudendum
Probra latrans, studebit nuptias
In sponsalibus barbarorum lupanaribus celebrare.
Quarti demum ex stirpe Dymantea,
Laemonij, Cytinæi, Codrij:
Qui Thingrum incolent, Satniumq; montem,
Et margineam peninsulam eius, qui olim
Deæ Curitæ omnino fuit inuisus,
Omniformis meretricis uulpeculæ
Pater, quæ quæstibus quotidianis
Immensam fouebat genitoris famem,
Externas arantis Aethonis extremitates.
Phryx autem sororis persequens cædem,
Nutricem rursum perdet uicissim terram,
Mortuorum præsidis, incorrupta iura
Vmbris dicentis seueris moribus:
Qui olim asini à summis ansis
Abscindens aures, decorabit tempora,
Muscis incutiendo sanguisorbis metum:
Cui tota Phlegræ terra subiugabitur,
Thrambusiusq; uertex, & litorale

Cacu-

στόρθυγξ Πίτωνος, ἀλλὰ σιβύνων πλάκα,
παλλωνία τ' ἄρουρα, τὴν ὁ βύκερως
Βρύχων λιπαίνει γηγενῶν ὑπηρέτης,
u ἀπτήξεται πτηλῶν δ' ἐναλλὰξ ᾐκμάτων ᵘ ἀμείψεται
x καυδᾶος. ˣ Καυδᾶος ἢ Μάμερτος. ἢ τί χρὴ καλεῖν
τὸν αἱμοφύρτοις ἑστιώμενον μάχαις.
y μὲν οὐ ʸ μὰν ὑπείξει γ' ἡ Πιμηθέως τοκάς,
ἀλλ' αὐτὶ πάντων Περσέως ἕνα σπορᾶς
στελεῖ γίγαντα, τῷ θάλασσα μὲν βατὴ
πεζῷ πίτ' ἔσται, γῆ δὲ ναυσθλωθήσεται
ῥήσσοντι πηδοῖς χέρσον. οἱ δὲ Λαφείας
οἶκοι Μαμβρίσας ἠθαλωμένοι φλογί
σὺν καλίνοισι τειχέων προβλήμασι,
τὸν χρησμολέσχην αἰτιάσονται Βλάβης
Ψαίνυθα θεσπίζοντα Πλούτωνος λάτριν.
στρατῷ δ' ἀμίκτῳ, πᾶσα μὲν βρωθήσεται
φλοιῶτιν ἐκδύουσα δίπλακα σκέπην
a ἀγρίας καρποτρόφος δρῦς, ᵃ ἀγρία τ' ὀρειθαλής.
ἅπας δ' ἀναύρων νασμὸς αὐανθήσεται
χανδὸν κελαινὴν δίψαν ἀκουμένων.
κύφελλα δ' ἰῶν πιλόθεν ῥοιζουμένων
ὑπὲρ κάρα στήσουσι, Κιμμερὸς θ' ὅπως
σκιὰ καλύψει πέρραν ἀμβλύνων σέλας.
Λοκρὸν δ' ὁποῖα παῦρον αὐθήσας ῥόδον,
καὶ πάντα φλέξας ὥστε κάγκανον στάχυν,
b αὖτις ᵇ αὖθις παλιμπλώτοιο γεύσεται φυγῆς,
μόσσυνα φηγότευκτον, ὡς λυκοψίαν
κόρη κνεφαίαν ἄγχι παμφαλώμενος,
χαλκηλάτου κνώδοντι δειματουμένη.
πολλοὶ δ' ἀγῶνες καὶ φόνοι μεταίχμιοι

λύσουσι

Cacumen Titonis,& Sithonum campi,
Aruumq; Pallenium,quod corniger
Bruchon fecundat,gigantum minister.
Multas porrò uicissim clades auspicabitur
Candæus uel Mauors,aut quodcunq; decet
Appellare cruentis pastum prælijs.
Nec tamen cedet Epimethei mater,
Sed pro cunctis quendam de Persei progenie
Mittet gigantem,cui mare quidem peruium
Pediti erit,terra uerò nauigabitur
Sulcanti remis agros.at Laphriæ
Aedes Mauortiæ flamma combustæ
Cum ligneis murorum propugnaculis,
Vatem accusabunt damni,
Falsa uaticinantem Plutonis famulum.
Exercitu autem intractabili omnis deuorabitur
Corticosum exuens duplicem librum
Fructifera arbos,& agrestis in montibus uirens:
Omnis quoq; fluuiorum exarescet unda
Affatim nigram sitim humectantium:
Nubes etiam sagittarum procul emissarum
Supra caput stabunt,ac tanquam caligo,
Vmbra Solem teget,hebetans lucem.
Paululũ uerò postq; floruerit,instar rosæ Locrensis,
Et omnia uelut aridam spicam combusserit,
Posterius renauigantem experietur fugam,
Turrim fagineam,sicut crepusculum
Puella tenebrosum,territa
Ense æneo,propè speculans.
Multa deniq; certamina,cædesq; mediæ

λύσουσιν ἀνδρῶν. οἱ μὲν ἐν γαίᾳ πάλας
δειναῖσιν ἀρχαῖς ἀμφιδινεωμένην,
οἱ δ' ἐν μεταφρένοισι βουστρόφοις χθονός,
ἕως ἂν αἴθων εὐνάσῃ βαρὺν κλόνον,
ἀπ' αἰακοῦ τε κἀπὸ δαρδάνου γεγώς
c χαλαστραῖος ἢ χαλαστραῖος — θεσπρωτὸς ἄμφω καὶ [c] χαραδραῖος λέων,
πρηνῆ θ' ὁμαίμων πάντα κυπώσας δόμον,
d ἀκταίων — ἀναγκάσει πτήξαντας [d] ἀργείων πρόμους,
e γαλάδρας — σαῶσαι [e] χαράδρης τὸν στρατηλάτην λύκον,
καὶ σκῆπτρ' ὀρέξαι τῆς πάλαι μοναρχίας.
ὦ δὴ μεθ' ἕκτην γένναν αὐθαίμων ἐμὸς
εἷς τις παλαιστὴς συμβαλὼν ἀλκὴν δορός
πόντου τε καὶ γῆς, κεἰς διαλλαγὰς μολών,
πρέσβιστος ἐν φίλοισιν ὑμνηθήσεται,
σκύλων ἀπαρχὰς τὰς δορικτήτους λαβών.
τί μακρὰ τλήμων εἰς ἀνηκόους πέτρας,
εἰς κῦμα κωφόν, εἰς νάπας δυσπαλήτιδας
βάζω, κενὸν ψάλλουσα μάσταγος κρότον;
f γὰρ ἡμῶν. — πίστιν [f] λόγων γὰρ λεψιεὺς ἐνόσφισε,
ψυδρηρίοις φήμαισιν ἐγχρίσας ἔπη,
καὶ θεσφάτων πρόμαντιν ἀψευδῆ φρένιν,
λέκτρων στερηθείς, ὧν ἐκάλχαινεν τυχεῖν.
θήσει δ' ἀληθῆ. σὺν κακῷ δέ τις μαθών,
g ἐστι — ὅτ' οὐδὲν [g] ἔσται μῆχος ὠφελεῖν πάτραν,
τὴν φοιβόληπτον αἰνέσει χελιδόνα.
h τόσ' — [h] τόσ' ἠγόρευε, καὶ παλίσσυτος ποσὶν
ἔβαινεν εἱρκτῆς ἐντός. ἐν δὲ καρδίᾳ
i ἐστέναξε. — σειρῆνος [i] ἐστέναξε λοίσθιον μέλος,
κλάρου μιμαλλών, ἢ μελαγκραίρας κόπις,
k σφίκειον. — νησοῦς θυγατρός, ἤ τι [k] φίκειον τέρας,

Dissoluent uirorum luctas, partim in terra,
De grauibus imperijs contendentium,
Partim in dorsis aratis terræ:
Donec graue sopiet acer bellum
Ab Aeaco Dardanoq; progenitus,
Thesprotius simul & Chaladræus leo,
Præcipitemq; cognatorum totã euertens domum,
Coget meticulosos Argiuos proceres
Adulari Chaladræo duci lupo,
Et sceptra præbere antiqui imperij:
Cum quo post ætatẽ sextã consanguineorũ meorũ
Quidam luctator belli certamen conferens,
Marisq; ac terræ ad compositiones perductus,
Summus amicorum celebrabitur,
Spoliorum primitias hasta partas accipiens.
Quid multa, misera, ad surda saxa,
Vndasq; non audientes, & rupes asperas
Loquor, inanem ciens oris strepitum?
Fidem enim nobis Lepsieus abstulit,
Falsis rumoribus inducens dicta,
Et oraculorum diuinatricem ueracem scientiam,
Concubitu priuatus, quo cupiebat potiri.
Faciet autem uera. cũ damno tamen discens aliquis,
Cum nullum erit remedium iuuandi patriam,
Fatidicam laudabit hirundinem.
Tantum est locuta, cum retrograda pedibus
Ascendit intra carcerem, Sirenium
In corde gemens postremum melos
Claria Mimallon, uel Melancræræ interpres
Nesonis filiæ, uel aliquod Phiceum monstrum,

ἑλικτὰ κωτίλλουσα δυσφράστως ἔπη.
ἐγὼ δὲ λοξὸν ἦλθον ἀγγέλλων ἄναξ
σοὶ τόνδε μῦθον παρθένου φοιβαστρίας.
ἐπεί μ᾽ ἔταξας φύλακα λαΐνου στέγης
καὶ πάντα φράζειν κἀναπεμπάζειν λόγον
ἰὠτρωυας ἐπιτύμως ἄψορρον ὅτρωυας πρόχιν.
δαίμων δὲ φήμας ἐς τὸ λῷον ἐκδραμεῖν
τεύξειεν, ὅσπερ σῶν προκήδεται θρόνων,
σώζων παλαιὰν Βεβρύκων παγκληρίαν.

ΤΕΛΟΣ.

Contorta loquens obſcurè uerba.
C æterùm ego obliquum ueni, Rex, hunc tibi
A nunciatum ſermonem uirginis Phœbadis:
N am ſtatuiſti me cuſtodem lapideæ domus,
T otosq́ dicere ac recenſere ſermones
E uidenter reuerſum iuſsiſti nuncium.
R eſponſa uerò Deus in melius uerti
V elit, qui tua procurat ſolia,
S eruans uetuſtam hæreditatem Bebrycum.

FINIS.

GVLIELMVS CANTERVS
IOSEPHO SCALIGERO
suo S. D.

REDIT ad te tandem Cassandra tua, uir doctißime, quanquam serius fortè, quàm uelles, aut potius, quàm uterque uellemus. Veruntamen quoniam ipse cupiebam huius editionis ἐργεπιστάτης esse, quandoquidem id omnino necessarium credebam: malui serius, modò rectius, depositum reddere, ne suum tanto operi decus per incuriam cuiusquam, ut nunc sunt tempora, perire posset. Quid enim de eo sint iudicaturi doctiores, breui, credo, cognosces. Equidem sic sentio: si hæc eodem tempore à te Latinè, quo à Poeta Græcè, fuisset conscripta, dubitari à permultis, uter alterius esset interpres, potuisse. Vtinam porrò Hymnos Orphei, Eumenides Aeschyli, & si quid aliud pari elegantia uertisti, cum studiosis communicare digneris. sic enim demum fieri posse uideo, ut ne ueterum aliquot in hoc genere scripta, quæ nimis periêre multa, posthac admodum desiderare debeamus. Bene uale.

LYCO-

LYCOPHRONIS CASSANDRA IAMBICO CARMINE
translata per IOSEPHVM SCALIGERVM, IVLII F.



Væcunq; poscis, ultima ex origine
Planè expedibo: sed tamen prolixius
Parcas loquenti: non enim uirgo, ut prius,
Secura soluit multiplex os carminum,
Sed & tumultum murmuris multi ciens,
a Superstitiosa fauce bacchata est sonum,
Tenebricosæ uerba Sphingis æmulans:
Quorum memor mens quæ mihi nunc suggerit,
Aduerte Rex, putansq; mente singula,
Percurre b dictionum inobseruabiles
Scrutans camenas, quâ expedita semita
Ad planam ineptos ducit errores uiam.
Ego at solutis carcerum repagulis
Verborum obibo flexuosos tramites,
Primum propulsans oppidum ut cursor celer.
Matuta Fagutalis arcis culmina
Citis superuolabat alis Pegasi,
c Cascum maritum proximè Cernem insulam
Toro relinquens, bigenerem fratrem tuum:
Tranquillaq; d ocris concaui ancoralia
Nautæ luebant, atq; tonsillæ e tenus:
Puellicidam & uermigradæ f Salaciam
Scapis ruebant è g columbarijs suis
Ciconiuestes pupulæ Phalacriæ,
Vltra Calydnas uentilantes palmulas,
Puppemq;, passimq; explicata h oraria,
Phrenetici Septentrionis flatibus:
At ipsa lymphata ora soluens cælitus,
Ates ab altis peruagæ bouis iugis
Cassandra tali uoce primitus fremit:

a fatidica

b oraculorũ, Pacuu.

c senẽ, Varr.

d petra

e funes, Plau

f mare, Pacu.

g foraminibus, quibus inseruntur remi

h Vela. Suidas

Heu

Heu heu cremata lacrymosa patria,
Primum quidem feralibus Trinoctij
i naulbus, Fest. i Stlatis gigantis, ore quem quondam suo
k Festus Consi uorauit campo k manduces canis,
Qui uiuus ustus excauator uiscerum
Intra lebetis ignis expertes focos
l calido, Fest. l Formo capronas uerticis fudit solo,
Prolis peremtor, patriæ pestis meæ:
Matri secundæ qui uolanti cuspide
Detersit uber, inq; Circi puluere
Quinquertionis membra patris sustulit
Saturnium ad cacumen, ubi terra fati
Formido equorum cespes Ischeni tumet:
m Siculi Salsas m Triquetri qui latebras æquoris
Toruè obsidentem semifeminam canem
n pro extinxit, antiquè n Stinxit, rapinis imminentem piscium
o uoratricem o Gumiam boum leænam, adustis quam pater
Membris, lucernis corporauit igneis,
p Parcam p Mortam haud pauentem sedis inferæ deam:
Quem cautè inermi fraude quondam mortuus
Extinxit, olim iam Quietali agnitum.
Heu te' ne rursus ten' crematam contuor
Vetusti ab armis Aeaci, atq; Tantali
Rogo sepultis intra Letrinam ossibus
q Veribus ustis, Plaut. Pulli igne q subuerbusti ad impiam dapem,
Telis bubulci Teutari uolucribus.
Riualis uxor cuncta in oras luminis,
r ephebum Legans r parectatum minantem patriæ,
Producet efferata patrijs probris,
Dirisq; nuptijs peregrini tori: at
Salubrium cata unguinum incurabile
Vulnus mariti conspicata pristini
Giganticidis interemti spiculis
Ab hoste, saltabit ruinam comparem,
Falis ab altis ad cadauer saucium

Corpus

Corpus ruina cernuum in præceps ruens:
Et tunc recentis icta amore mortui,
Iam palpitanti spiritum efflabit uiro.
Duplex tuum triplexq; bellum conqueror
Ad arma rursus & rapinas ædium,
Tuiq; te ignem contueri incendij.
Heu patria,& uos busta nati Atlantidis
Audacter urinantis olim,cum cute
Suta reuinctus corpus,utre scorteo,
Et solus,ut aper quadrupes Hercynius,
Rhithymniatis nauit ut larus fretum,
Zerinthi hiatum uirginis Canariæ
Linquens,Deûmq; tecta Lucumonum Saum:
Cum corruebat omnem humum Diespitris
Rapax aqualis nimbus,& putres solo
Falæ fatiscentes lababant,at genus
Hominum natabat ultimo periculo,
Ad fagum,& almum fructum,& uuam musteam
Orcæq; tum Delphines,atq; masculûm
Phocæ insilibant in toros mortalium.
Adest adest fax inuoluta incendio
Prædam in columbæ morte multandæ canis,
Vultur paluſtris quam edidit fatu suo
Testæ rotundæ conuolutam fornice.
At hospitalis infera unda remigem
Te muricidam,nec bucerdam in patrijs *signauum, Plaut.*
Caulis prementem scrupeis adhuc manet,
Vt ante pulcritudinis trium arbitrum:
Sed pro mapalibus tu Aselli mattias,
Et Lan obibis:pro boum præsepibus,
Ouilibusq;,proq; rustico pedo
Vehet faselus te & Phereclij pedes
Festras gemellas,inq; Gythij iuga,
Vbi ad scabrosa saxa pandatos luens
Pinus tenaces lubrici dentes freti,

Classem uniuelem liberabis motibus.
Et tu uirosæ prædo iunicis lupus
Orbæ duarum iam columbarum pari,
Cassis peregrinæ in secundam indaginem
Vltro incidentis aucupis pennæ dolo,
Dapem ambidentum nuper in crepidine
Bacchis cremantis atq; diuæ Albuneæ,
Curres super Scandeam & arces Aegili,
Venator atrox præda opima ganniens:
Explensq; amores in Draconis insula
Actæ, biformis editi terra imperi,
t Venerem Vanam secundò non uidebis t Murtiam,
Vlnarum inanem sarcinam, eq; somnijs
Vacua torum nocturnus explorans manu.
Nam te Phlegrææ iam maritus coniugis
Tristis Torones, abdicator risuum
Et lacrumarum. namq; nescit, & caret
Vtroq;, qui olim littoralem ex Thracia
u Nili, Fest. Fecundi opimatam u Melonis fluctibus
Humum penetrans non trabe stlataria
Inhospitale sed iter, ut cubilia
Terræ in profundos talpa pertundens specus,
Quærens recessus in cauernis æquorum,
Cauensq; natos perduelles hospitum,
Et audiendas supplicans patri preces
Redux ut iret patriam, unde peruagus
Matrem gigantum adiuerat Palleniam:
Tete ille Guneus quæstor urnæ uindicis,
Sagacis arbiterq; Solis filiæ
His nuptijs priuabit incilans probris,
x meretricis, Plaut. Pellens ab omni iure x prosedæ lupæ.
Qui nec Lyci sepulcra nec Chimærei
Oraculorum uoce uenerantes timens,
Nec illecebras Anthei, nec hospitum
Dapum sodalem, filium Consi, salem,

Desim

Deûm tulisti transilire sagmina,
Mensamq; calcans, ius supinans & bonum,
Fetæ modum secutus ursæ incicorem.
Ergo stupentes frustrà tundes neruias,
Egentia & ieiuna fundens carmina:
Sed flens adibis patriam incensam prius,
Exangue spectrum baiulans ulnis tuis
Iam quinquenuptæ Thyados Pleuroniæ,
Satæ y cataces namq; Carmentæ mari
Iam panuclis neuêre trinis, coniuges
Thalassiones quinq; celebrare illius:
Duos quidem uidere prædones lupos
Catè intuentes præpetes immussulos:
Plyni & Libyssæ, Cariciq; gurgitis
E stirpe cretum semicreta barbarum,
Et uere Epeum nec quidem Argiuum satu,
Cuiusq; auum quondam in molaribus suis
Hercynna Educa, quæ gerit x secespitam,
Fartim minuta frendicans, tumulo indidit,
Humeri uorax epulata cartilaginem:
Quem dudum adultum uirbium, & cupidines
Graues cauentem nauium proini dei
Misit Terentus in Letrinæ iugera
a Ocrin paratum præterire Molpidis
Lustrale cæsi corpus Imbrico Ioui:
Soceri in ruinam qui trucidauit procos
Iussis nefandis, quæ Camilli filius
Parauit: ille poculo exhausto ultimo,
Cognomini sepultus est Salacia,
b Suasam suis labem insipans natalibus,
Suræ c petillæ Psyllan aurigans equum,
d Picatæ & Harpinnam parem ungula Strigi.
Tandem illa quartum fratrem adhuc tuebitur
Circanei e acceptoris: ille è fratribus
Pugnæ secundum acerrimæ palmarium

y clade, Fest.
x gladiu, Fest.
a petram
b ineluibilem
c alba, Fest.
d adūca, Fest.
e accipitris

Tulisse tunc canetur. atq; in stragulis
Quinum anxijs insomnijs exercitum
Iactabit atro imaginis ludibrio,
f Medea Sponsum futurum *f* Angitiæ Cytaicæ
Ardentis hospitem. quem ab Oenona exulans,
Vertens in hominum membra formicas breues,
Pelasgicum Typhona produxit pater,
g calidorci- Septem è puellis torridis *g* forma lice
dere Superstitem unum uindicatum ex ignibus.
Reciprocam ille sed remanabit uiam,
Vespas suis è pumicetis exciens
Quasi puer uapore suffiens domum:
Et cæteri Burri Duellinominis
h Ventosis Flabris iuuencam *h* atabulis cædent popæ,
i grauidam Matrem draconis *i* incientem Scyrij:
Quam sæpe coniux Salmydesium salum
Intra requirens immolatricem hospitum,
Spumifragam insulam obsidebit Candidam
Celti liquentes ad paludes gurgitis,
Amore sponsæ, cerua quam uolucripes
Iugulum propinans eximet secespitæ.
Spaciosus intra littus appellabitur
Solus mariti cursus in crepidine
Sortem gementis atq; classem cœlibem,
Et non uidendo membra mutatam modo
k anū, Varr. *k* Cascam cruentum uas prope & libamina,
Orciq; flamam exuberantem funditus
Cortinam ahenam, quam atra flabit, mortua
Cadauera elixans coquinatu improbo.
Et ille obibit eiulans campum Scythen,
l annos Procans amoris quinq; *l* circites torum:
Illi ante acerras auguris Saturnij
Deglutientis cum parente filios
Secunda iurantes fidusta sagmina,
m funibus Tonsarum amicient remiges *m* stropis manus,

Bacchum-

Bacchumq; sospitem & prioris uindicem
Luctus canentes, cui in obscuris cauis
Delphorum *n* Apertæ ad antra Lucrini dei
Abstrusa liba Tauriformi offeret
Clasis tremendæ milleprætor nauium.
Cui gratiam sacri nouam *o* redandruans
Nefrondinosus Esquilinus Lucius,
Leoni ademto prandio, implicans rubis,
Segetem uetabit eruisse funditus
Vasto molari *p* mattijsq; querqueris.
Cerno sequacem iam *q* napuram luctuum
Mari trahentem & conserentem patriæ
Minas feroces & malorum incendia.
Camillus Issa nec utinam in circumflua
Te procreasset hôstium nostrûm ducem,
Quartum fatum ex Atlante *r* destina coui,
Tuis parantem damna cognatis Prylin,
Sagax aruspex uerè ad omnia optima:
Paterq; iussis Aesaci fanatici
Non improbasset signa noctis *s* arcula,
Cælasset uno sed duos pro patria
Fato, perurens membra Lemnio rogo.
Non tot malorum nunc procella surgeret.
Portumnus en cernet *t* nefrendũ carnifex
Feruere mergis spartisirpeis anum
Glauci Terenti coniugem Titaniam.
Cum patre bina disipantur pignera,
Ducis molari lancinati *u* coclaca:
Quæ sabulonis apparata fugerant
Vanis loquelis aluei discrimina,
Cui cuncta credens ille tortor liberûm,
Mergorum alumnus, pisculentæ compedis
Præda, ostreis ualgisq; Naritis comes,
Fetus gemellos clusit uno *x* ploxeno.
Cumq; his miser non matris ediscens deæ

n Apollinis epitheton
o referens, Fest.
p malis asperis, Fest.
q funẽ, Fest.
r colũna cæli, Varr.
s infausta, Fest.
t puerorum Fest.
u lapide, Fest.
x capsa, Catull.

O 3 Præ-

Præcepta Mnamon, sed ueterno obliuius,
y supinus. y Suppus recumbet, pectus ense saucius.
Lucil. Nunc nunc gemit Myrina, nunc præsentiunt
Hinnitum equorum littorales margines,
x uestigiũ, Fest. Vbi Pelasgum lubricæ saltum x pedæ
Librans crepidine ultima fremens lupus
Fontis creabit è saburra gurgitem,
Olim recludens ociosa flumina.
Iam culta uastat arua Mars Salisubsulus,
Reciproco cruenta signa murice
Edens: palam omnis uasta tellus nunc iacet,
Horretq; crebris ut seges noualium
a hastarum spiculis, Enn. a Sicilicibus corusca: luctuum mihi
b solum Pinnis imago aures ab altis personat,
Coui serescens omne peruolgans b fretum
A' feminarum uoce, scissis uestibus
Luctus sequaces mutuo capientium.
Sed illud illud te, ô cor, infelix malum
Illud lacesset omnibus crudelius,
c hasta, Fest. Vbi fremiscens c celibari cæsius
Versam rapax sanqualis inscribens humum,
Vruoq; lirans orbitam anfractu uiæ,
Horrendum acutus ore clangorem ciens,
Fratrum tuorum filium carissimum
Ptoi parentis ex humo fusum auferens,
Artus cruentans ungue & immani gena,
d illecta, Fest. d Tifata patria tabo & arua polluet,
Bubulcus imporcitor ampli iugeri.
Et libripens trionis occisi stipem
e in qua se uertit trutina, Fest. Ferens e aginæ e[illegible]minatam lancibus,
Et rursus æquipondium redhostiens
f massa f Rodi micantis in statera auraria,
Bacchi iacebit funeratus amphora,
Fletusq; Nymphis inquilinis Bephyri
Superq; Pimpleam petræ Libethriæ,

Cadauerum propola, qui fatum tremens
Effeminatam corpori pallam induet,
Incilia tractans staminumq; insubulos:
Tanget supremus g uinciam hostilem pede, g terrã, Fest.
Te, frater, unum uel pauens in somnijs.
Qualem heu rues, Fortuna, luctantem domus,
Patriæ caducæ subtrahens tibicinem.
Non absq; lacrymis atq; lesso riserit
Impunè latro Doriensum exercitus
Vitulans ouanter morte confecti uiri:
Sed circa puppes ultimo h aucto spiritus h spacio
Excurso, amaris ignibus cremabitur,
Iouem Fugulem plurima incalans prece
Amara fata concremato auertere.
Nec agger, aut nauale propugnaculum,
Nec crebrisurus pluteus, atq; scansilis
Non iuuerit lorica, non pinnarum opus,
Sed fumo ut i axe conglobatæ apiculæ, i confertim, Fest.
Vaporis aura, torriumq; uerbere:
E puppe rostrisq; atq; rostrorum foris
Crebri petauristæ & sedilibus suis
Saltu peregrinam cruentabunt humum.
k Procosq; multos Græciæ palmarium k proceres
Hasta ferentes, inclutos prosapia,
Tuæ feroces morte mactabunt manus,
Tabo cruentæ, amore belli asperrimæ.
Sed ipsa luctum non minorem perferam,
Tuo per omne mæsta tempus funere.
Nam dira mî illa dira lucescet dies,
Grauissimusq; luctuum, anni quos senes
l Circum rotantes Noctilucæ uiderint. l circulum
Heu heu gemendus & mihi flos est tuus,
O pulle, dulcis heu parentum sarcina,
Amore sæuum qui draconem saucians
Et illice igni, sauciumq; compede

Grata

Grata coercens tempus ingratum breue,
A' saucio non ipse saucius tamen,
Truncatus aram tu cruentabis patris.
Sed heu misella, par benignum uirginum,
Tuumq; bruta conqueror fatum canis:
Quarum sororem terra nutrix alteram
Hiulca deuorabit infero specu,
Adulta proximè intuentem incommoda,
Quam latè auitus lucus & bustum lupæ
Iacet sepultæ adulteræ cum filio,
Priusquam opem mulgeret infans lacteam,
m obstetricis m Assæq; mundo rore corpus ungeret.
Sed cruda te ad sponsalia & connubij
Sacra admouebit durus Iphidis leo,
Atræ parentis æmulatus februa.
Namq; in capacis uentre mactans nauiæ
n mactator Bouem infulatam draco n cupencus impius,
o cultro, Fest. Iugulæ tripatris cædet hanc o clunaculo,
Priora confedusta dans hirpis sacra.
At mancupatam te in supino littore
Thracum lapitam funditorum iactibus
Conuiciosis percitorum iniurijs
Abscondet imber saxeus manualium,
Pulla hirriente membra mutatam cane.
Ast ad bidental Anxuri domestici
p capillis, Fest. Ornabit albis p antijs crepidinem
Sororis olim lutea calautica
Redemptus, ustam cum rediret patriam,
Vetus tenebris nomen obruens suum:
Vbi rupex hirsipilus ignes indices
Terræ parentis ille manceps perfidus
Lucens, caballum gente prægnantem hostica
Pertundet, altas uentris impages trahens:
Et Sisypheæ uolpis astutus cato
Lucebit ardens triste lucubrum nepos

Leucophryn atra nocte nauigantibus,
Infanticidæ & insulas duas boæ.
Ast ipsa abhorrens pronubas tædas ego
In ædis atræ scrupeis conclauibus
Tecto carentis & lacunari domus
Tenebricoso membra mergens carceri,
Ptoumq; Semonemq; Vortumnum Deũ
Fugans amore captum ab innupto toro,
Tanquam potis q signata perpetim fore
Summæ ad senectę tẽpus, innubæ ęmulo
Ritu Mineruæ Carneæ Feretriæ:
Ad uolturis columba tunc raptim torum
Exanguis ales ungue picato trahar,
Clangore multo Acredulam Bupetiam
Calans rapinæ nuptialis uindicem.
Ast illa signis aspero palatio
Puppas coruscans cælitus minabitur,
Lapsa ex r falanto patrij solo Iouis,
Auo imperanti nobilis possessio.
Vnius ob noxam orba mille liberũm
Tumulos inanes conqueretur Græcia
Non in sepulcris, sed maris fundo sitos,
Rogi supremum non tegentes puluerem
Vrnis latentem, ut iusta denicalia:
Sed triste nomen, atq; cespitum notas
Parentum amicis irrigatas fletibus
Et liberorum lacrumis & coniugum.
Ophelta, tuq; rupium custos Zarax,
Petræq;, tu Trychanta, tuq; asper Nedon,
Et saxa Dirphossi omnia & Diacriûm
Specus hiantes atq; Phorcynis iuga,
Quot fluctuantum nenias cadauerum
Cum dissipatis audietis puppibus:
Quantũ tumultum murmurũ infrẹnabili
Reciprocantem uorticum spumas salo:

q Virgo antiquo

r cælo. Hetrusci. Fest.

P Quot

Quot deinde thunnos faucij compagibus
Ad faxa fractis uerticis, quos cælitus
s fulmina Noctu rubẽtes s manubię t oblitos premẽt,
t de cælo tactos, Fest. Vbi flore iam uertiginosis Liberi
Lucebit indicem tenebrarum facem
Vltor nocenti peruigil curæ ſtudens.
At hunc ut amburuantem aquis Alcedinem
Per faxa iniqua uelitem fluctus feret
u saxa, Virg. Actum procellis inter aras u duplices.
Gyrisq; ficcans in petris alas mari
Multo madentes, alterum mare hauriet
Perpeſſus ictus à tridente fuſcina,
Qua dirus illum uulnerans ultor Latro
Orcis habere coget æqualem domum,
x conuicio Vano cucullum blattientem x pipulo.
At luridum cadauer expulſum foras
Delphini aprica concoquet Canicula,
Paſſumq; in algis inq; muſco putridum
Miſerata condet una Neſçæ ſoror,
y lapidis, Prisc. Opitula y abadir maximi Cynæthei.
Buſtumq; coturnicis udæ proximum
Tremens cauebit murmur Aegei ſali.
Tunc ille Caſtniam & Melinçam deam
z Plutonis Proſcindet audax z Vragi in palatio,
Quę laciet illum rete inextricabili
Furore nec furore uerùm Erinnyum,
Tendens amaram compedem fatitraham.
Omnisq; mœſtum Grçcia eiulabitur,
Quamcunq; Arçthus intus atq; inhoſpitę
Fauces coercent Dotij Libethrię:
Quibus meę uel ad paludis inferę
Ripam diu ſunt lacrumandę nuptię.
Nam plurimarum uentre funerabitur
Serratidentum fauce camparum abditum
Examen ingens, hoſpitesq; in hoſpite

Terra subibunt busta cognatis procul.
Nam ripa quendam Strymonis Bisaltia
Absinthiorum proxima atq; Bistonum
Vesticipis altorem optimũ Edonos propè
Teget pri⁹ Tymphresta quàm cernat iuga,
Suo parenti plurimum inuisum omnium,
Qui fecit illum cæcilium, oculos forans,
Cubile spurium quando iniuit pellicis.
Tres Cercaphi spelunca casnares teget
Olim sepulcro non ab Alenta procul:
Molossi olorem præscium Insinui Cubi,
Scrofæ incientis nescientem delicos,
Cum caprifici lite compellans cata
Vatem æmulum, ipse falsus ex oraculo
Somnum a Teniris præstitutum dormiet:
Quartumq; magni liberorum Dijouis,
Fratrem dolosi Aethonis in fictis notis:
Et tertium ligone Thebarum falas
Aheneo demolientis filium,
Quem Strebulus olim Cõsus agili discidit
Pilumnus ora dissipans sudaculo,
Vbi creatæ Nocte germanos patris
Ad unum amorem mutuæ armarunt necis.
Duo at scatentis ad fluenta Pyrami
Deræni ouantes uertagi icti mutua
Depræliabunt cæde barritum ultimum
Subtele in ipso uirginis Pamphyliæ.
Altusq; rumon sulcus in meditullio
Stabit Megarsus cespitum nitentium,
Vne in profundis inferûm sedilibus
Imbuta cernant busta cædibus sua.
At quinq; dehinc Cerastiam in Vespariam
Et bitientes Satrachum & Siluani humũ,
c Iustà manebunt Murtiam Zerinthiam.
Vnus parentis exulans conuicijs

a Parcis

b flagello. Fest.

c pro iuxtà antiquè

Cychrei cauernis Bocariq; flumine,
Meus ſobrinus,ut peremtor patrij
Pulli,nothum propagmen & labes domus,
Rabiem uomentis bellicoſam ouilibus,
Raui leonis quem pilis horrens cutis
d telis, Enn. d Runis tegebat æneis imperuium,
Obnoxiam unam poſsidentem ſemitam
Ad fata,quam uagina cęlabat Scythę,
Cum durus adolens ſacra Comyro leo
Suo parenti fatus eſt claras preces,
Immuſſuli ulnis ſubrumum geſtans ſuis.
Nec ipſe credat hoc parens,quòd Lemniū
Fulmen duelli,neſcius turpis fugę
Trio efferatus hoſpitum infenſiſsimi
Traiecit ile munere,urinans ferum
Saltum tepentis enſis ad promtam necem:
Fratremq; Trambeli ille patria exigit,
Cognata patris quem parit nixu ſuo
Donata præda dirutori mœnium,
Quam pro frequenti ciuium comitio
Ferale glauco prandium ſuaſit cani
Miſiſſe linguax uirginum trium pater
Omnem marino terram inundanti luto,
Siquando fluctus expuiſſet faucibus
Sorbens procellis omne decumanis ſolum.
Nepam ſed ille fauce pro pupa uorans,
Partus maligni queſtus eſt onus graue.
Venator adiens at ſecundus inſulam
Vt expeditè conſulat malis ſuis,
e Hamadrya Indigena ſocius epulo liberis e Virę,
dis nymphæ Priſcis Lupercis atq; Nyctimi coquis
Lunam ante natis,filiam glandis dapem,
Torrere ſuetis in calentibus focis,
Euiſcerabit,& medullitus trahet
Ligone glebas,omne ueſtigans ſpecum.

Cuius

Cuius necauit bronchus Oetęus patrem,
Ad uerticillas ilis artus lancinans.
Adagionem hunc ſenſit accepto malo,
Quòd plurima inter poculum & labrum ſolet
Vertiſſe fatum res agens mortalium.
Et tabe manans ora ſpumanti, occidens
Solociſetus imminentem ulciſcitur,
Salij coercens *f* incito ſtatu uolam. *f* *ámmoto*
At tertius tollentis ex caua petra
Natus *g* neronis arma, cuius in torum *g robuſti*
Idęa iunix ſponte conſcendet ſua,
Quę uiua Auerni obibit umbras, queſtubus
Et lacrumis confecta Muniti parens,
Quem torta Creſtonę anguis in uenatibus
Necabit, acrem cuſpidem infligens pedę,
Vbi parentis collocabit in manus
Captiua patris auia furtiuo ſatum
Amore pullum, cui iugum ſolę hoſticum
Iecêre ſeruitutis Actęi lupi
Hoſtimen, atq; Bacchę ademtę gratiam,
Quorum rotundę teſtulę cęſus tholus,
Munimen ictus hoſtici, caput teget.
Intacta uermiculata claxendix domos
Seruabit alias, incolis ſtupenda res:
Quod templa ad alta ſiderumq; *h* ſubices *h pro nubibus, Enn.*
Ducet duos Laperſios medioxumos,
Quos nunquam in orbem Iuppiter ſoſpes meum
Duxis biprędem liberaturos ſubim:
Nec uel celoces inſtruentes claſsium,
E' puppe ſumma nudipes ueſtigium
Hoſtes uetuſto Bebrycum infigant ſolo:
Neq; hos leones anteuntes uiribus,
Duri duello, quoſq; Mauors armiger,
Quos Nerienes, Capta quos amat dea
Boum Iuga, & Curitis Homolois dea.

Hæc quæ cluentes arte fabrica duo,
Querquetulanus, Consus & Crotnnæ imperans,
Struxére quondam peieranti principi,
Crudis diem unum uix lupis suffecerint
Vim fulminantis impetus depellere,
Quamuis in arcibus Canastræum grauem
Giganta, constans hostium repagulum,
Habentia, atq; certa primùm uerbera
Vibrare promtum lancinatori gregis,
Et cuius iras primus accendet graues
i accipiter, antique i Acceptor acer, lubricum saltum citans,
Flos ipse Graiûm, cui Dolongorum elegans
Olim sepulcrum ripa defuncto parat
Rumona cornu prominens peninsulæ.
Accedet insperatus accedet tamen
Nobis amicus sospes unus, Drymnius
Deus Promantheus Aethiops Gyrapsius,
Qui bitientem quando Mutunum atrijs
Nocentem amaræ pestis admittent reum,
Et quos acerba, quosq; rerum asperrima
Manent, dape atq; inferio libamine
Mactare conabuntur immitem Crepum,
Grauem tumultum ponet in conuiuio.
Primumq; amara uoce sese mordicus
Frendent, frementes improbis gannitibus:
Tandemq; cernent patrueles prœlio,
Vt consobrinis nuptiarum auerterent
Pusis rapinas, furta patruelium,
Sponsaliorum propter immunem uicem.
At tela certè multa Cnecei alueus
Vibrata nisu uulturum intuebitur,
Res mira Pheræis & auditu aspera.
Hic namq; corno stipitem pullæ cauum
Fagi retundens, opprimet duûm alterum,
Tauro leonem conferentem prælium:

Alter

Alter sibynna disſipans tauri latus,
Affliget hunc ſolo: hunc ſecundo uerbere
Reciprocabit ut coniſcans [k] aruigus, *k aries*
Cippum caducum buſti Amyclæi ruens.
Simulq; ferrum fulgurumq; uortices
Fortes [l] patales [m] hoſtient, quorum unius *l tauros, Plaut.* *m ferient*
Non uel Sciaſtes Orchieus Telphuſius
Manum improbarit, quãdo cornu tenderet.
Summanus hos Dis, hosq; cœli fornices
Grata dierum ſemper excipient uice,
Fratres amicos, compotes uitæ & necis.
Illorum at arma ſopiet nobis Deus,
Paruum leuamen in malis hoc largiens:
Multorum & ingens agmen excibit manu,
Quos Rhœæ alumnus non tenebit, ſpiritus
Mulcens, nouenum tempus in magna inſula
Manere nexos imperans oraculis,
Tres multa cunctis uirgines [n] alebria *n alimenta*
Præbere mandans qui cacumen Cynthium
Errore peruagantur Inopum propè *o Nili, Feſt.*
Aegyptias [o] Melonis electantem aquas.
Progerminator quas petulcus erudit
Adorearum ritè pilumnas opum
Vinumq; facere uel linimen unguinum,
Neptes Zarecis uinitorculas aues:
Quæ ſæpe ſolabuntur hoſpitum canum
Famem furentem exercitus, cum uenerint
Ad filiæ Sithonis uda littora.
Atq; æneatum panuclarum ſtamine
Olim librarunt iſta uirgines anus.
Cephasq; tum Praxander, ullis nauibus
Non imperantes, plebis obſcurum genus,
E' quinq; quarti poſt petent terram deæ
Golgos tenentis, hic Lacona exercitum
Ductans Therapnis, alter autem ab Oleno

Dymeq; Buræi imperator agminis.
p possessionē At Argyrippam, Dauniorum *p* hæredium,
q pro extru-et, antiquè. Ad Ausoniten *q* extruebit Phylamum,
Aues sodales membra plumantes uidens
Fatis amaris, qui natatum aquatilem
Degent in alto more piscantum mari,
Similes figura cæsijs oloribus:
Rostrisq; spumas aucupantes piscium,
Ducis tenebunt insulam cognominem,
Theatriformis inq; clitellis iugi
Vicos secantes perq; distinctas uias
Iunctis tabernis quo prius Zethus modo:
Simulq; pastus & simul cubilia
Noctu rebitent, gentis omnem barbaræ
Cœtum cauentes, inq; Græcorum peplis
Cognati amantes ocium cicur sinus:
r ingerente, Fest. Manuq; ab *r* insipante pultem prandij
Offam polentæ blandum adulantes edēt,
Vitæ prioris non adhuc obliuij.
Verùm Liburnæ uulnus, erroris uagi
Erit minaciumq; causa luctuum,
Procax uirosa cum catulli et lupa
s œstro: Virg. *s* Asilo amoris, & bidental Nortiæ
Defendet ipsum, uictimam noui sacri.
Colossicusq; in Ausonum pomœrijs
Stans, fabra sistet membra saxeo super
Campsoris Architectonis statumine,
Saxis, saburra nauis, eductis foras:
Arbitrioq; fratris Alæni obrutus,
Veras preces precabitur noualibus,
t spicas, Fest. Seiæ nec *t* agnas unquam adoreas dare,
Aquis opimante arua subst illis Ioue,
Ni fortè quidam Aetolus urgens stirpitus
Proscindat arua, sulcum arans trionibus.
Cippisq; latè cinget immotis humum,

Quos

Quos glorietur nemo ui mortalium
Statu mouere posse. nam cita fuga
Ipsi reciprocam redibunt semitam,
Gradu prementes nec gradu littus sali,
Deusq; multis indiges uocabitur,
Quicunq; brutum littus Ionis tenent,
Cæso dracone noxio Phæacibus.
Gymnasijsq; retrogradi circumfluis
Renoniuestes applicantes, indigum
Victum iuuabunt inuicem orbi uestibus,
Fundis bipedibus membra defensi tribus:
Vbi rudimen uerberantis eminus
Artis puellos mater impransos docet.
Nam nemo panem dentibus frendet prius,
Quàm capsit illum pendulum certo * lapi,
Super tigillo destinati ictus notam.
Iniqua scrupis & recedent littora
Hispana, Tartessi fretum tangentia,
Arnæ uetus propago, Temmicum duces,
Graiam expetentes & Leontarnes iuga,
Scolumq;, tum Tengyrá, Onchesti solum,
Fluenta Thermodontis, Hypsarniq; aquas.
In Syrtin alios & Libystica æquora,
Et breuia, & Infernatis æquoris uada,
Et semipiscis gurgites nauifragos
Olim interemtæ uestipellis dextera
Sangi Bubulci Fouij Stercutij,
Inq; alta saxa uirginum uolucrium
Dispalitantes, lancinatos cruditus,
Opacus omnes Tellumo uenabitur,
Multis ruinis obrutos, ex mortuis
Vno relicto nuncio sodalibus,
Delphinisigne, fure Punicæ deæ.
Qui uasta raui coclitis magalia
Videbit, aheno maximo × calpar meri

* lapide, Enn.

× scyphum. Fest.

q Manu

Manu propinans, poculum bellarium:
Videbit & quæ liquerat cadauera
Præſtanus Auerruncus armorum cluens,
Qui rutro adunco runcinantes omnia,
Nectent foratam reſte prædam mugilum.
Atq; alius alium ſæuus excipiet labor
Labore ſemper priſtino ferocior.
Quæ non Charybdis mortuorum explebitur,
Quæ non Erinnys, ſemiuirgo beſtia,
Quæ non Camena, carnifex bimembrium,
Aetolis aut Curetis, artus liquier
Suadebit aura flexanima immemores cibi:
Vel quam ferarum non fabram intuebitur,
Atrox uenenum farre miſcentem excetram,
Fatumq; monſtriforme. ſed miſerrimi
Sortem gementes atq; palantes haris
Miſcella ſemper cum polenta floccium
Acina, fracesq; deuorabunt: aſt eum
Herba atq; Manus uindicabit obuius
Nonacriates Vinulus Triceps deus.
Et mortuorum regna deſcendet caua,
Atq; inferum rogabit apricum augurem,
Coitus uirorum & feminarum conſcium,
Vmbris hianti ſanguinem obſipans ſolo:
Enſisq; trux munimen, inferis metum,
Vibrans, trementum murmur umbrarum audiet
y tenui uoce, Gracile caducâ y ſuccrotillâ fabulâ.
Titin. Atq; hinc Gigantum quæ lacertos inſula
Confregit, & Typhonis artus querqueri,
Aduſta flamis cum mera excipiet rate:
x ſimiarum. Qua rex deorum informe x clunarum genus
Feſt. In riſum eorum tranſtulit coloniam,
Qui prælium mouere Saturno ſatis.
Bæi magiſtri poſtmodò buſtum, caſas
Poſt præteribit Cimmerum, & Plutonium

Aquæ procellis fluctuantem gurgitem,
Ossan, boumq; [a] Viriati semitas
Stratas, nemusq; Liberæ pusæ inferæ,
Candensq; flamis flumen, atq; ubi ætheri
Tollit cacumen ampla [b] procapes iugi
Ex quo fluenta cuncta, cuncti funditus
Fontes per arua dissipantur Itala:
Linquensq; Lethæonis alta culmina,
Lacumq; Auernum, quem labro ambit circites,
Et flumen atra nocte Cocyti obrutum,
Stygis nigrantis gurgitem, quà Terminus
Iuranda posuit iura supremis deis,
Ire in Gigantes atq; Titanos parans:
Libamen haustrisq; aureis antlans aquæ,
Orcæ dicabit & uiro donarium,
Silam columnæ uertici appendens suam:
Et tres necabit filij Salaciæ
Pupas, camenæ matris æmulas soni,
Iactu insolenti præcipes è culmine
Pinnis caducas æquor in Tyrrhenicum,
Quacunq; amari iura staminis trahent.
Vnam Phaleri turris eiectam foras
Glanisq; capiet, flumine irrorans humum:
Quà pusæ acerram construentes incolæ,
Vitulatuum strepente Parthenopen sono
[c] Solennia deam iubilabunt alitem.
At littus extans in Veniliæ deæ
Se corruens, cognominem Leucosia
Petram tenebit, qua fluens Is & ferox
Fluenta pingui Laris eructat solo.
Ligea agetur in Terenam fluctuans,
Sulcans procellæ murmur: illam nauitæ
Linquent sepultam littorali cespite,
Aquis propinquam garrulis Ocinari.
Illam lauabit Corniger so gurgite,

[a] robusti. Non.
[b] radix, Festi
[c] solenniter,

Volucrimembris busta februans aqua.
Primæ sorores ante cognatas deæ
Clasſis uetustus imperator Atticæ
Certamen ardens lampadum nautis aget,
Iusſis deorum, plebs quod augebit dehinc
Neapolitis, quæ prope undantem sinum
Portus Miseni scrupeas ripas colet.
Claudensq; Coros scorteo sinu bouis,
Et rursus actus casibus reciprocis,
Flagri trisulci uerbere ustulabitur
Larus quiescens caprifici frondibus,
Ne gurges illum fluctibus deglutiat,
Imo Charybdin fundo anhelantem trahens.
Nec sat refectus nuptijs Atlantidis,
Rudem serilibusq; sirpatum alueum
Intrabit audax, atq; moderator reget
Ad media combæ caudicariam trabem
Sutam infabrè compage subscudum rudi
A' qua acer Ambarualis expellens deus,
Implume quale pignus orbæ alcedinis,
Ipsis agæis & foris simul, uagis
d rudentibus, Merget procellis impeditum [d] copulis.
Cæsar. Pontiq; inerrans peruigil cubilibus,
Anthedonio erit contubernalis deo:
Alternus & sic mutuò ut piceæ librum
Caurus rotabit suber, agitans spiritu:
Vix & procellas uorticesq; Albuneæ
Defendet illi supparum, arma pectoris
Manuumq;, queis & ipse carnifices petras
Prendens, acutis membra lancinabitur
Scrupis: ad inuisamq; Saturno insulam
e testiculorũ, Laniam profectus seculam [e] nefrondinum
Fest. Nudusq; egensq; garrulus tenebrio
Ficti latrabit fabulam infortunij,
Pendens acerbas coclitis monstri preces.

No

Non hic ueternus dormientem cœpiat
Obliuionis Equirium Melanthium.
Namq; ibit ibit nauticum ad Rithri sinum,
Et Neriti cacumen: intuebitur
Vastos penates susq; deq; funditus
Luxu procorum turpium. at *f* scrapta improba *f meretrix, Verr.*
Speciosè adulterata corrodet domum,
Luxu miselli absentis effundens opes.
Atq; ipse ibidem plura quàm in Scæis mala
Videns famelicosus, à domesticis
Minas toroso tetricas dorso pati
Sannis repressus discet, & pauirier
Pugnis iniquis, *g* friuolûmq; iactibus. *g fragmentorum fictiliū. Fest.*
Nec insueta flagra sunt: uberrima
Vibix manet Thoantis in tergis adhuc
Lentis betulis sculpta, quæ trico nocens
Siccis genis infligere exhortabitur,
Gratam libenter corpori insculpens notam
Vt nescios supplantet oculatis malis
Hostes, querelis principem inducens senem:
Quem Bombylea uallis, & Temmicia
Infame nobis terra produxit malum,
Seruatus unus nauitarum in patriam.
Postremò qualis larus angarius maris,
Salsaq; murex corpus unda exercitus,
Exhausta luxu Pronienfium bona
Olim à Lacæna putida offendens lupa,
Portu relicto *h* passus occidet senex *h rugosus*
Coruus sub armis Neriti lucos propè:
Quem latere fosso cuspis incurabilis
Piscis necabit eculeo Sardoniæ,
Natusq; patris carnifex uocabitur,
Achillis ille consobrinus coniugis.
Post funus augurem Eurytan populus colet,
Et qui cubile Trampyæ celsum tenet:

In qua necabit Herculem rursus draco
Tymphæus in conuiuio, rex Aethicum,
Trahentem ab Aeaco atq; Perseo genus,
A' Temeneis non procul natalibus.
Sed mortuum illum Perga mons Tyrrhenius
In Gortynæo condet ustrinæ situm:
Cum lacrumanter occidet propter malum
Natiq; coniugisq;, quam frater necans
Orcum secundus postuma uia petet,
Cæsus sororis ense funesto gulam,
Glauconis Absyrtiq; sobrinæ improbæ.
Hic tot ruinis totq; cumulatus malis,
Secundò adibit Ditem inexorabilem,
Cui nullus unquam sudus arrisit dies.
O' quam tibi præstabat esse in patria,
Misellle, tauros uel colonum rustico
Iugare asellum sub coho cantherium,
Fictis furoris insolescenti dolis,
Quàm tot subire luctuum discrimina.
At anxius uir coniugem raptam expetens,
Et augurales ominum audiens notas,
Amore spectri peruagantis æthera
Quæ non marina templa perscrutabitur,
Quæ non uaga lustrabit arua indagine.
Primò quidem Typhonios cernet specus,
Anumq; saxo membra duratam aspero,
Nec non Erembum cognitas piscatibus
Ripas hiantes: atq; adulteræ inclytum
Myrrhæ uidebit oppidum, cuius uterum
Leuauit obstetricis arboris liber:
Et fleta multum busta Gauantis suæ
Heræ, Hospitali Viciæ Iugæ deæ:
Quem trux [i] bisetus dente cano concidit, i aper, Fest.
Arces uidebit nec minus Cepheidas,
Nec non Camilli lubricum pulsum pedis,

Araſq; duplices,quas dapis cupidine
Bocas ſubiuit,pro parata uirgine
Hiante fauce corpus Aurigenæ uorans,
Rimantis exta maſculi plumigradæ.
Meſſoris autem ſecula necabitur
Exenterato turpis orca uiſcere,
Muſtelæ alumnos qui caballimilites
Ceruicimatris ſaxifrontis extudit,
Hominesq; durans ſuetus à ueſtigio
Formare ſtatuas inuolucro marmoris,
Sagax tricæcæ lucifur cuſtodiæ.
Videbit æſtu quæ rigantur iugera,
Asbyſta flumina,atq; humo ſtertentium
Cubas olentes,conquiniſcens beſtijs.
Quæ cuncta obibit propter Argiuam lupam,
Triuiram puellam feminipuerperam.
Iapygumq; adibit erro exercitum,
Ponetq; donum uirgini Feretriæ,
Ancile ſcutum & [k] hirneam Temeſiam, k pateram
Sponſæ nocentis cernuosq; mulleos.
Sirinq; adibit & Lacinia ardua,
In queis iuuenca conſitum Feroniæ
Deæ Monetæ præparabit hortulum:
Et feminis lex ſemper indigenis erit
Cubitûm nouenum flere tertium Aeaci
Et Doridis,fulmen duelli Martij,
Nec corpus auro perpolire [l] uinulum, l molle, Plau.
Nec ferre membris delicata pallia
Sandice pictas,ideo quòd diuæ dea
Terræ cacumen muneratur arduæ.
Pugilisq; tauri inhoſpitam certaminum
Arenam adibit,quem creat Libentia
[m] Mancina,regnans arce Longuri edita, m manca
Saturniam falcemq;,Concheæq; aquas
Ventans,Gonuſamq;,atq; Sicanum æquora,

Et

Et templa crudi pelle muniti lupi,
Quæ quondam alumnus Crethei appellens ratem
Cum gente quinquaginta nautarum edidit:
Minyûmq; salsi ripa seruabit maris
Strigmenta, quæ nec diluet Venilia,
n niues, Lucret. Nec abluentes imbricæ n ningues diu.
Ripæ sed alios atq; Teuchiris iuga
Vicina flebunt, littore eiectos procul
Atlantis ad deserta territoria,
Membris nocentum lancinatos fragminum:
Mopsum Titæroneum ubi olim nauitæ
Busto indidêre mortuum, & busto super
Statuêre cippum funebrem Argoæ trabis
Transtrum reuulsum, manium donarium,
Ausigda Cinnyphæa quod rigans aqua
Fecundat undis. ast alumno Nerei
Trithoni Colchis munus uxor obtulit,
o oris, Fest. o Luræ capacis aureum carchesium,
Iter docenti quâ per angustas freti
Immittat aras Tiphys incolumem ratem.
Et iura Græcos Africæ capessere
Pontigena tunc biformis afferet deus,
Cum munus id plebs offeret reciprocum
Libyssa Græcæ, patrijs pellens locis:
Metuq; fati munus Asbystæ infera
Telluris umbra subter ignotum obruent,
Vbi ducem miserrimum Cyphensium,
Nautasq; ad unum flabra Volturni egerent,
Et ex Palythris filium Tenthredonis,
Amphrysiensem principem Euryampium,
Et optimatem saxicorporis lupi,
Tymphrestiarum & rupium cacuminis.
Quorum quidem Aegonean alij patriam
Desiderantes atq; Echinum & Titarum,
Irumq;, tum Trachina, tum Perrhæbicam

Gonum

Gonum Phalanumq́;,atq; Olofforum folą,
Et Caftanæan,infepultum in rupibus
Aeuum fupremis eiulabuntur malis.
Sic aliud alij funus adiunget Deus,
Dura ante reditus excitans difcrimina.
Illum Aefari unda,& oppidum minutulum
Oenotriæ,Crimiffa,torris noxij
Stinctorem habebit,quem momordit excetra.
Namq; ipfa fummum diriget telum manu
Tendens ꝑ tenum uirago Mæoten Tuba.
Duræ ad fluenta qui cremato acerrimo
Leone,ualgo dexteram armauit Scytha
Colubro,uolantum q pinfitore cufpidum.
Crathis fepulcrum fed uidebit mortui
Ad ima templa Bitientis Patarei,
Vbi fonora ftagna Nauæthus uomit.
Ipfum necabunt Aufones Pellenij
Opem ferentem Lindiûm prætoribus,
Quos Thermydri quos Carpathi iugis procul
Vagos corufcus Thrafcias mittet canis
Noui colonos hofpitisq́; pulueris.
Ergo Macellis maximum templum incolæ
Bufto ftruentes,numen æternum colent
Libisq́;,opimis & boum nidoribus.
Faber caballi Langariæ in cubilibus,
Timore Martis & caterum Thuriæ
Pendens parentis peierata crimina,
Quæ pecua propter comparata prælio,
Celfæ Comæthus dirutis r profimurijs
Ob coniugalis curæ amorem uxorium,
In Bellicam Cydoniam uiraginem
Hic peierauit atq; Creftones deum
Lupum Quirinum r Troffulum Flexuminem,
Qui torminofum prælium in fratrem dedit
Intra parentis intimam bulgam pugil,

ꝑ funi,Plau.

q expulfore. Eus.

r pomerijs, Feft.

r Equitem.

Natale nondum lucis intuens iubar,
Nec liber à Partundæ adhuc laboribus:
Meticulosum auxêre sic fetum dei,
t leporem Cæstu ualentem, in Marte t lauricem tamen,
Et arte plurimum utilem in castris sua:
Qui circa Cirin & Cylistarni humida
Habebit hospes patria procul domos,
Vbi dolabras, queis grauem molem ascians,
Illustre damnum fabricabit incolis,
u Martia. u Molæ sacrabit in Cluacinæ tholo.
Gell. Alij tenebunt Sicanorum littora
x Laomedō. Aborigines, quà tres x Alumento senex
Fest. Nautis puellas Phænodamantis dedit,
Seruans repostum mente ceti prandium,
Porrò obsipare edacibus cœnam feris,
y occidētales. Vbi ad y crepuscos uenerint Læstrygonas,
Varr. Quà squalet alta inhospitalis uastitas.
Illæ parentis maximum donarium
Quinquertionis struxerunt templum deæ,
Morte expeditæ & solitarijs locis.
Quarum alteram Crimissus assimilis cani
Vinclo marito coniugabit, atq; ea
Semifero alumnum nobilem pariet deo,
Trium colonum conditoremq; urbium:
Qui conuocatum termitem Anchisæ nothum
Ducet triquetram marginalem ad insulam,
E' Dardaneis nuper aruis hospitem.
Heu heu Segesta, cælitum sententià
Te luctus atrox, te querela patriæ
Manet flagrantis ignis hostici rogos
z mœros, antiquè Tu sola z mœros, sola turres dirutas
Ad omne tempus lacrumata, sat diu
Sat eiulabis: omnis atrato miser
a pro, & squalore Cultu popellus inuolutus supplice,
Pedore deget a squale uitam sordidam,
Solox

Soloxq; capitis terga fœdabit coma,
Memorem procurans ueteris ærumnæ notam.
Multiq; circa Sirin & Leutarniam
Colent opima culta, qua miserrimus
Grossorum acutus supputator est situs
Calchas, feritus ungulo caluum caput:
Qua fluctuosa murmurat fuga Sinis,
Rigans amena Choniæ noualia.
Vrbem hi struentes Ilio cognominem,
Iram Mineruæ Buccinæ accendent heræ,
Ad templa toruæ cum trucidabunt deæ
Quicunq; ad aram supplices confugerant:
Purasq; conniuebit illa pupulas,
Sæuis Achæis uapulantes Ionas
Videns, luporum & ciuicam agrestum necem,
Quando camillus publicus flamen cadens,
Primus tepente sparget aram sanguine.
Itemq; saxa plurimi Tullensia,
Nec non marini prominens Lini iugum,
Regnata adibunt arua priscæ Amazoni,
Emancipati feminæ seruæ iugo,
Quam seruientem strenuæ uiragini
Vagam repellet unda ad hospites sinus,
Exculpta cuius interemtæ lumina
Leto cruento [b] mirionem simium
Sternent, [c] trifaci saucium longurio.
Crotoniatæ ciuitatem diruent
Amazonis, fortem necantes uirginem
Cletam, imperantem patriæ cognomini:
Et inde terram mordicus quamplurimi
Proni prehendent, nec laboribus fine
Lauretæ alumni mœnia æquabunt solo.
Alij Terenam, qua fluens Ocinarus
Recentat arua, februam eructans aquam,
Errore [d] lixabundi & ærumnis colent,

b deformem
c tricubitali hasta, Fal.
d uag.

Sed & secunda laude pulcritudinis
Cluentem,& almis ex Lycormæis aquis
Fortem asperumq; filium Gorgæ ducem
Modò Libyssam Thracia in terram ferent
Flabella,tentis inuoluta linteis:
Modò ex Libyssa rursus Auster accidens
In Argyrinos uersus & Ceraunia
Feret,sonanti turbine insultans salo:
Vbi uictus illis durus exantlabitur
Lacmonij qui flumen Aeantis bibunt.
Ciuesq; capiet Crathis omnes Colchicis
Polis propinquus Mylacumq; terminis,
Quoscunq; misit quæritantes filiam
Aeæ & Corintho,sponsus Eidyæ,imperans,
Venans carinam perfidæ sponsæ uehens:
Qui limpidum accoluêre Dizeri alueum.
Melitem insulam alij non ab Orthrono procul
Vagi obsidebunt,quam iugosi plurimus
Circum Pachyni Sicanus lambit liquor,
Arcem petrosam ruminans cognominem
Olim futuram Sisyphei filij,
Curitis etiam uirginis splendens opus,
Quâ uomit Helorus frigerantem gurgitem.
Aui peremtor hirpus Orthronum incolet,
Patrij procul fluenta Coscynthi expetens,
Et in procellis scrupeæ moli insidens
Classem imperabit nauigandam ciuibus.
Terræ paternæ nanq; non annum integrum
Perduellionis patria reum frui
Sequestra iustæ furia uindictæ sinat,
Ladonis udi larua roris accola.
Et inde uitans prælium anguiformium,
Abantiam post nauigabit oppidum,
Ventansq; propius terram Atitanensium,
Ad littus ipsum culmen arduum incolet
 Libans

Libans Polyanthei Chaonitæ flumina.
Calchantis atqui busta propter Itala
Fratrum duum mendacis alter cespitis,
Tumulum sepultis excitabit ossibus:
Bustumq; ouillo uellere incubantibus
Veram in quiete *e* dictionem proferet: *e oraculum.*
Salutiferq; Daunijs uocabitur, *Pacem.*
Cum fluminis gens Iota Iuturnis aquis,
Gnatum inuocabunt opitulũ Aesculapij
Gregi benignum ciuibusq; accedere.
Hoc nempe cunctis lumen Aetolis erit
Ibi cruentum & omnium sæuissimum,
Quando Salanga rura & Angæsos sinus
Cum uenerint, ducis reposcent iugera
Boni noualis sumen, aruum hæredium:
Quos ad sepulcrum solitarium obruent
Viuos hiantis in soli uoragine,
Sepulcrum & ipsis insepultum Daunij
Statuent aceruo fornicatum saxeo,
Terram offerẽtes quam uolebant sumere,
Cerebrisorbi filij apri bellici.
Sed filiorum Nauboleorum petent
Nautæ Temessam, qua iugosus Lampetes
Illustre cornu uerticis Hipponij
Salo tetendit: procq; Crissæ finibus
Crotoniatem portuosum puluerem
Taurorum arabunt ferreis dentalibus,
Patriam Lilæan & Anemoreæ sola,
Amphissan & desiderantes atq; Abas.
Setæa misera, rupium te crux manet,
Vbi numellis membriuincis ferreis
Misella pasis compedita brachijs
Moriêre heriles ausa classes urere,
Ad Crathin eiulante questu uolturum
Rapina pendens, ossinum uoracium:

Quin fortis ille mons tuæ cognominis,
Ponti procellis imminens,uocabitur.
Tamen Pelasgi ad alta Membletis uada,
Quicunq; Corsicæ appulerunt insulæ,
Tyrrhenicum ultra murmur ad Lametios
Lucana habebunt gurgites noualia.
Illos ruinæ duraq; infortunia
Mæstos habebunt,non relaturos pedem
Propter mearum nuptiarum uim trucem.
Nec qui penates gestientes pôst petent,
Vitulationis pinguia adolebunt sacra,
Redhostientes gratiam Lucretio.
Nam tot ruinis tot malis Ericius,
Tot Martiorum coniugum æditua nurus
Dolis rotabit,nec malis naufraga
Cessabit ignium excubans custodia
Ob cæsi alumni fata,quem cespes recens
Effossus in tellure Methymnæ teget.
Ast alius ad lauacra inextricabiles
Laquei nocentis cæcus explorans uias,
Scelestæ amictus inuolucro compede
Manibus requiret impeditis exitus:
Caueamq; subter balnei urinans,lacum
Cerebro recenter atq; pollubrum irruet,
f dolabra. f Scena bipenni disitus medium caput.
Liu. At umbra bulla peruolabit Tænarum,
g scelerata. Auersa abominanda g sceraptæ munia.
Titin. Ego stabo propter nauiam iacens humu,
Diuisa aheneæ securis uerbere,
Cùm mi sapinum stipitē aut truncum ilicis
Frondator aliquis ut opifex lumarius,
Illustre collum franget & tergum patens,
Et omne acerba lancinans corpus cruce
Excetra dipsas imminens ceruicibus,
Iras amaræ bilis explebit suas,
Vt

Vt nempe furto non adeptæ prælio
Muto dolore iura uindictæ ferens.
Surdis querelis coniugem clamans herum,
Curram repentè conuolans perniciter.
Sed Vertagus parentis indagans necem,
Crudelis ensem merget extis uiperæ:
Malum scelestum ciuicum sanans malo.
Sed uir meus, rex seruientis coniugis,
Lepidis coletur Spartiatis Iuppiter,
Honorum adeptus Oebali natis uices.
Meus nec ultrà cultus ignorabitur
Obliuiosis obrutus silentijs:
Colentq; templis optimates Daunij
Salpes ad oram, quiq; seruant Dardanum
Vrbem, paludis proximi uoragini.
Sed & cauentes coniugale uinculum
Pusæ uirorum tædio deformium
Comis recenter Hectoris nitentium,
Insignium formæ aut notis natalium,
Aræ lacertis implicabuntur meæ,
Tædarum habentes acre propugnaculum,
Pullos amictus atq; fucum corporis
b Lito gerentes uestium tectorio. *b uncto.*
Illustre numen his ego longum dea
Canar bacillos feminis gestantibus.
Luctumq; multis uirginum parentibus
Orbis relinquam retrò, quæ ducem impium
Deæ latronem militarem Cypridis
Diu gementes, excidentes nuptijs
Mittent puellas sorte iniqua uirgines.
Larymna, tum Sperchie, tum Boagrie,
Tu Cyne, tu Scarphea, uel Phalorias,
Vrbsq; alta Narycea, uel Thronitides
Vici Locrenses, & Pyranthia ardua,
Nec non Hodœdocæa tecta Oilei

Vos ob mearum nuptiarum crimina
Pœnas Mineruæ scilicet magnæ deæ
Soluetis, annos mille uirgines anus
Vrnæ nefastis nutrientes sortibus:
Queis insepultum semper in terra hospite
Hospes sepulcrum distrahetur fluctibus,
Cum membra cremijs ustulans infamibus,
Cinerem procellis uentilabit Mulciber
Columbæ ab altis interemtæ montibus.
Aliæq; noctu mortuis simillimæ
Campos adibunt uirginis Sithoniæ,
Cæcas ocellis aucupantes semitas,
Augusta Diuæ dum penetrent atria,
Votis cientes supplices Duelliam:
Magnæq; uerrent aream scopis deæ,
Et rore spargent, iam cauentes ciuici
Furoris æstum. nam uir omnis Ilij
i lapidem, Seruabit illas, saxeum i rodus tenens,
Att. Aut æneam secespitam, aut bupetiam
k securim, k Acierim acutam, uel Phalacræam rudem,
Fest. Manum studens satiare ieiunam necis.
Impunè tunc plebs laude noxium efferet
Genus necantem, lege sanciens rata.
O' mater, ô misella mater, nec tua
Laus interibit: quin uirago Persei
Triformis Orca te canem pernoctibus
Sæuam efferabit in uiros nictatibus,
Quiq; imperantis Strymoni Caniculæ
Delubra flamis non colent ardentibus,
Pheræam opima cæde placantes deam.
Sed busti inanis insulare cespitem
Pachyni habebit culmen, ex insomnijs
Heri timentis excitatum dextera,
Ad purum Helori funeratæ marginem:
Qui functæ in oris inferet libamina,

Triuiæ furorem ſcilicet timens deæ,
Quòd primus audens ſaxei iactus nefas,
Orco præibit dux inhumani ſacri.
O[k] frater, animæ plurimum frater meæ
Dilecte, fulmenta ædium atq; patriæ,
Non fruſtrà tauris imbues altaria
Cæſis, tenentem Ophionis ſedilia
Mactans opimo uictimarum munere.
Sed rura te uectabit in natalia,
Græcis uigentem rura adepta gloriam,
Vbi palæſtram docta mater Latia
Olim imperantem Tartaro trudens anum,
Furtiua ſoluit uincla partitudinis,
[l] Gumiæ mariti pullim anducas cauens
Epulas nefandas, nec ſaginauit dape
Aluum, faceta glutiens ſaxum uice
Suffarcinatum in mollibus cunabulis,
Prolis ſepulcrum triſte ſemiferus ſuæ.
Quin templa habebis inſulasq; [m] Manium
Verruncus auræ peſtilentis Indiges,
Vbi obſecutus Ogygi poplos ſatus
Oraclo Apertæ Lepſij Terminthei,
Ex Ophryneis te ſepulcretis agens,
Arcem ad Calydni ducet & terram Aonum,
Leuamen acre, cum tumultus hoſticus
Vaſtabit arua & Teneri donaria.
Sed & [n] ſufetes uictimis Ectenij
Tuam fouebunt ut deorum adoream.
Et Cnoſſum adibit atq; Gortynis domos
Meæ ruinæ luctus, & caduciter
Ducum lababunt tecta. non enim innocens
Lembum biremem nauta piſcator regit,
Leucum ſequeſtrem regiæ ductans dolo,
Odiumq; cæcis implicans mendacijs:
Nec ille parcet liberis, nec coniugi

[l] Ioraæis
[m] m beatorum
[n] n optimates, Cdd.

Medæ, furoris æstubus mentem auius,
Non Clesitheræ filiæ, cuius pater
Draconi alumno sponte nuptias dabit:
Omnesq; cruda cædet in sacris manu
o callis, Gell. Cereris o fauisis, saucios crudeliter.
Decusq; auitum illustre progenij meæ
Magnum nepotes efferent in posterum,
Coronam adepti prælijs perduellium,
Terræ marisq; ius tenentes principes:
Nec mentione postuma nomen carens
Celabis altis in tenebris, patria.
Tales relinquet consobrinus duplices
Meus leones, maximum Romæ genus,
Gnatus uenustæ Vorticordiæ, cluens
Mentis, nec acri pœnitendus prælio.
Rhæcelon urbem qui prius uentans colet
Cissi ad supremum culmen, & Laphystias
Cornu rigentes feminas: Halmopia
Rursum exeuntem quem manet Turrenia,
Tepente Lynceus & redundans agmine,
Et Pisa, pecorosa atq; Agylles pascua:
Miscebit hostis quocum amicum exercitum,
p supplicationum, Fest. Adigens sacramento atq; p supplicijs precum,
Erro latentes Nanus indagans uias
Terræ marisq;: tum simul nati duo
Mysos regentis (cuius auertit deus
Vitisator hastam, membra uineto implicans)
Tarchonq; tum Turrenus, immanes lupi,
Sanci ferentes Herculis primordia.
q crescentem, Fest. Vbi refertam q gliscceram mensam dapum
Tandem uoratam conspicatus assectis,
Oraculorum fiet antiquûm memor,
Pinguiq; sub Aboriginum solo struet
Vltra Latinos atq; Daunios sitas
Turres, alumnis fabricans numero pares

Scro-

Scrofæ nigellæ, quam ab Idæis iugis
Et Dardaneis collibus ductam auehet,
Quæ tot nutriuit his pares numero sacres:
In urbe cuius ponet una imaginem
Sigillo aheno, delicosq; grundules.
Et æde structa Myndiæ Pallenidi,
Delubra ponet patriorum præstitum,
Quæ sola, spreta uxore, spretis liberis,
Alijsq; r copum rerum opimitatibus, r copiosarum
Tandem senili cum parente præferet
Velans amictu, cum canes duellici
In cuncta spolia sortientes patriæ,
Soli huic ab ipsis ædibus prædam offerent
Et munus expectare quod cordi fuat,
Sic uisus etiam perduellibus pius,
Multum cluentem laude belli patriam
Recidiuam & ipsam deferet nepotibus
Vrbem, suprema iuxtà Circæi iuga,
Et trux s Maricæ littus, atq; Argus ratis, s Circen
Phorcæ paludis Marsionidis lacum,
Titoniumq; flumen, arcanis humum
Rimans opertas in uias canalibus,
Cacumen & Zosterium, qua uirginis
Faunæ Sibyllæ scrupeum specus patet,
Pendente tofi fornicatum pumice.
Tot execranda tanta perferent mala,
Meæ parabunt qui ruinas patriæ.
Quid enim parenti maximi Promethei
Commune magni matre cum Sarpedonis,
Quas pontus Helles, quas petræ Symplegades,
Quas Salmydissus, quas inhospitus liquor
Scythis propinquus rupium arcet obice,
Tanaisq; nullo gurgitum contagio
Mediam paludem dissecans, gratam incolis
t Algum & pedarum perniones flentibus, t frigus

Vt primo pereant Carnij nautæ canes,
u rufa, Fest. Qui fronte u roba tauriformem uirginem
Rapuêre Lernes institores unprobi,
Sponsam ruinas ferre Memphiti duci,
Odij mouentes signa utriq; littori.
Namq; & rapinæ contumeliam grauem
Florentis Idæ expostulantes incolæ
Curetes, extulêre captiuam bouem
Paronis intra taurifrontis alueum
Sarapiensem coniugem ad donaria
Dictæa Cretes Stellioni principi.
Nec uisi habere sat, ferentes par pari,
Ductore Teucro sed rapacem exercitum
Teucri Scamandro cum parente Draucio
Misere ad alma Bebrycum noualia,
Bellum ferentes muribus: quorum satu
Generis creasti, Dardane, autores mei,
Ducens puellam Cressam, Arisbam nobilem.
Secundo item misere furaces lupos,
Vt uniplotio uellus auertant duci,
Obseruat acri quod draco custodia:
Qui cum Cytæam uenerit Libysticam,
Et quadrinarem sopiens offa boam,
Vomentium ignes presserit dentalia
x bouem, Fest. Vrua x italorum, elixus inmiti rogo,
Non abstulit libenter aruigi cutem,
Sed & bidentem sponte sectantem auferens,
Hostemq; fratris & nouercam liberûm,
Picæ ad loquacis alueum aurigans tulit,
Humanum ab altis Chaoniticis sonum
Transtris loquentis, & peritæ currere.
At rursus antro qui reuulsis mulleos,
Amentum & ensis, baltheum, atq; ensem patris,
Cui Scyrus olim lacrumosa funera
Præcipitis infra stridulum umbonem iugi

Saltus parabit insepultos,y Phemipor,
Mystæ comes leonis,hosticæ deæ
Qui mulsit uber lacteum Feretriæ,
Fur balthei litem excitauit duplicem,
Cestum reuellens,& Themiscyrę inclutam
Arcu potentem Porrimam ciuem auferēs:
Cuius sorores uirgines Neptunides
Erim atq; Lagmum deserentes,Telamum,
Fluenta Thermodontis atq; Actæ iuga,
Pœnas rapinæ quæsitantes asperas,
Istri z uls sonantem gurgitem citas equas
Egere,hiantes a horritorem oris sonum
Græcis,uetusti filijsq; Erechthei.
Omnemq; duro Marte uastarunt agrum,
Igne ustulantes patrimonia Mopsopi.
Meusq; campos Thraciæ populans auus,
Terramq; Eordam,tum Galadręum solum,
Peneum ad amnem panxit arui terminos,
Iugum in catastis imprimens ceruicibus,
Virtute præstans iuuenis & forma suis.
At hæc bubulcum suppetias pro tot malis.
Cudoniuestem sexq; nauium ducem
Mittens,ligone celsa fodit mœnia.
Eum Moneta uorticordia cœtibus
Deûm sacrabit,causa princeps luctuum.
Rursus Timolum deserentes uoltures
Et Cimpson,aureumq; Pactoli sinum,
Et aquas paludis,cuius in cubilibus
Typhonis uxor aspero toro incubat,
Agyllan Ausonitin intrarunt,grauem
Sæuis Liguribus,quiq; primo Sithonum
Duro gigantum sunt creati sanguine,
Certamen acris conferentes prælij,
Pisamq; capiunt,& relinquunt omnia
Prædam duelli iugera,Vmbris finibus

y Phemij puer: sic Martipor. Fest.

z ultra, Cato

a hortatorē. Diomed.

Propinqua & Alpium iugosis arcibus.
Litem supremus fomes antiquam excitat,
Olim sepultos ignibus animans rogos,
Postquam Pelasgos haurientes Rhyndaci
Conspexit urnis in peregrinis aquam.
Lymphata at illa efferatis æstubus
Triplamq; quadruplamq; uindictam inferet,
Magnis ruinis littus aduersum impetens.
Aderitq; primus hic Ioui Lapersio
Cognominisq; & Fulguritor Iuppiter,
Telis trisulcis hosticas flamans domos:
Quicum ipsa moriar, inq; mortuis uagans
Tunc audiam illic illa quæ post eloquar.
Sed & secundus, interemti filius
In rete muti piscis immiti modo,
Terram cremabit hospitem Medici dei
Oraculis cum multilingui exercitu.
At rege lignatore tertius satus,
Figulam recenter uirginem Branchesiam
Glebam solutam flumine inducens sibi
Terrestre egeno munus optanti dare,
b anuli, Fest. Libro sigillum quod fuisset [b] conduli,
Montana Phthirum regna solus incolet,
Peditem retundens Cara mercenarium:
c meretrix Petulca cum [c] nonaria [d] eugium terens
d ὑμένα Nictabit olim nuptias, catulliens
Turpi suburræ barbarorum nubere.
Quarti Dymantis sanguine à ueterrimo,
Lacmoniiq;, tum Cytinæi, & Codri:
Qui Thingrum habebunt & cacumen Satnium,
Et marginalem pristini peninsulam
Empantæ Educæ plurimum inuisi deæ,
Patris uirosæ multiformis scraptiæ,
Quotidiano quæ libidinis lucro
Miseri lupinam patris expleuit famem,

Extre-

Extremam arantis terram Edonis hoſpitem:
Aſt ultor acer Phryx necis ſororiæ
Rurſus nutricem continentem diruet
e Parici opaci,iura ſinceriſſuma *e iudicii Feſt.*
Reddentis arte contumace f pluribus: *f mortuus.*
Laliſionis quiq; ab appendicibus
Onus retundens,aurem honeſtabit ſuam,
Muſcis timorem ſanguiſorbis adferens:
Cui cuncta Phlegræ terra capta ſeruiet,
Thrambuſiumq; culmen,atq; cæruli
Rupes Titonis,atq; Sithonum plagæ,
Palleniumq; iugerum,quod corniger
Rumon ſaginat,lixa gentis accolæ.
Multas uiciſsim concitabit lacrumas
Quirinus aut Gradiuus,aut quem dixeris
Ligurrientem pota cæde prælia.
Sed non quieſcet ſic parens Promethei,
Sed pro uniuerſis ſtirpis unum Perſei
Mittet gigantem,cui uia mare hoſpitum
Erit pedeſtri,& terra nauigabitur
Tonſis ſecanti rura. tunc Feretriæ
Domus Quirinæ tota flagrans ignibus
Cum mœniorum ligneo g proceſtrio, *g ambulatro. Feſt.*
Faunum uocabit peſtis autorem,augurem
Mendaciorum,Februiq; antiſtitem.
Crudæq; genti cuncta mandetur ſimul
Deglubta duplici delibrato cortice
Manſueta nutrix fructuum,atq; arbos fera;
Exhaurietur omnis unda fluminum
Sitis calores affatim extinguentium:
Nubes ſagittis eminus ſtridentibus
Super caput crebreſcet,utq; Cimmeræ
Obnubet umbræ ſqualor obnubens iubar.
Qualis Locrenſis non diu uiuax roſa,
Et cuncta uaſtans uelut aprica ſtramina,

Rurſus

Rursus feretur in pedes reciprocus,
Natantis alni caudicem,ut crepusculi
Puella ferum,mobili uisu legens,
Aheneo latronis ense territa.
Multi labores,multa belli funera
Erunt uirorum,nunc grauis certamina
Ob sceptra regni fortiter certantium,
Nunc exaratis in boum noualibus:
Dum crudus heros sopiat bellum graue
Ab Aeaco atq; Dardano ducens genus,
Thesprotus utrumq; & Chaladræus leo:
Omnem & supinans fratris euersam domum,
Formidolosos coget Argiuos duces
Ditis Chaladræ sæuum adulari lupum,
Et sceptra prisci principatus tradere.
Cui sexta iam post sæcla cognatus meus
Manus feroces conferens quinquertio,
Terræq; aquæq; non recusans sagmina,
Inter sodales hic cluet ueterrimus,
Partas duello primitu exuuias ferens.
Quid misera longum tempus in surdas petras,
Surdas procellas,irritas cautes loquor,
Sonos inanes oris incassum ciens:
Nostram abrogauit Nuptus antiquans fidem,
Rumore uano ueriuerbium illinens,
Mentemq; certæ dictionis augurem,
Passus repulsam quorum amabat assequi.
Veram esse faciet:& malo edoctus suo
Quis,quod iuuandi patriam nulla est uia,
Carmentam abunde hirundinem laudauerit.
Tantum locuta est,& reciproco pede
Rectà petebat carcer,atq; in pectore
Sirenis expirauit ultimos modos
Clari sacerdos,atq; Nesus filiæ
Augur satelles,quale Picatum loquax

Mon-

Monstrum, inuoluta uerba lime tinniens.
Ego implicatum nunciaturus tibi
Veni furentem uirginis [b] Fatuæ sonum,
Cum sim locatus saxeæ custos domus,
Narrare cuncta tum putare singula
Iussus, loquelæ nuncius uolubilis.
In melius autem Dius istæc omina
Vortat; tuo qui tutor assidet solo,
Priscam tuens possessionem Bebrycum.

[b] fatidica

IN LYCOPHRONIS CASSANDRAM ANNOTATIONES GVLIELMI CANTERI Vltraiectini.

fol.3. 

DICAM omnia clarè.) *Duæ introducuntur in hoc poemate personæ: altera Nuncij narrantis, Priami regis auscultantis altera. Vt enim solent in dramatibus ea, quæ commodè nequeunt in scenam proferri, per nuncios, testes oculatos, exponi: ita hic nuncius Cassandræ in carcerem conclusæ appositus fingitur, qui eius uerba sub auscultaret, atq; ad Priamum referret. Is nunc igitur, tanquàm à Priamo de uerbis à Cassandra prolatis interrogatus esset, ut ex fine libri liquet, attentione primum & beneuolentia sibi comparata, oracula deinde Cassandræ per* Mimesin, *oratione recta, quam uocant, enarrat. Quod autem ad prima hæc,* Dicam omnia, &c. *attinet, in ijs imitatur* Lycophron Homericum *illud,* τοὶ γὰρ ἐγώ τοι πάντα μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω.

Modesta.) *siue modestè. simile habes infrà,* —— ὁ γὰρ ἄνοχος πορκεὺς δίλωπον σέλμα ναυτολῶν ἐλᾷ.

Ceterùm inter alia horum signa, qui numine sunt afflati, recensetur etiam illud, quod magno cum clamore confusoq; tumultuantur. unde est illud Lucani de quadam, quæ enthusiasmum simulabat,

—— sub pectore ficta quieto
Verba refert, nullo confusæ murmure uocis
Instinctam sacro mentem testata furore. *& postea*
—— non rupta trementi
Verba sono, nec uox antri complere capacis
Sufficiens spacium. ——

Varium.) *propter oracula uaria & obliqua, quæ ex ore prodibant.*

Lauriuoro.) *fatidico. Lauri enim uis & proprietas multum putatur ad uaticinandum conducere. quo factum est, ut ea uates coronari uescíq;*

tresciq; consueuerint, cum erant oracula daturi, sicut & poetæ uersus facturi caput coronabant. huc allusum est à Tibullo,

—sic usq; sacras innoxia lauros Vescar.

cui consentaneum est, quod Euripides Cassandram dixit χλωροκόμοιςι στέφεσιν δάφνας λεομυθεῖσαν, ὅταν θεῦ παντέσυνοι πνεύσωσ' ἀνάγκαι. ac uidetur hoc epitheton è Sophoclis Cassandra sumtũ, de qua hũc uersum citant grammatici, δαφνοφάγον φοιβάζουσι πρέστο στόμα. Fabula Daphnes in laurum conuersæ, omnibus est nota. quare nos in his & similibus explicandis studio breuiores erimus.

Nigræ.) obscuræ, idq; propter ænigmata, quæ uulgata sunt. Cassandram autem obscurè loquentem introducit Lycophron, ut decoro consulat. alioqui tanta dictionis & uocum obscuritas in bono poetà, quemadmodum declarat Aristoteles, uix ferri posset.

Audias.) Sic Atticos solere coram uiris magnis loqui, omissa imperandi rusticitate, tradunt Græci.

Reputans.) Sic Homerus, — ἢ ἐμῶν ἐμπάζεο μύθων. Transcurrendi uerbum à cursu pedum ad mẽtis agitationem translatum est.

Itinere.) Iter facere heic metaphoricè est auscultare, & audita perpendere: quemadmodũ & cursus pro narratione ponitur. sic apud Eurip. Tiresias,

ἄκυε δὴ νυῦ θεσφάτων ἐμῶν ὁδόν.

Ego uerò.) A cursu stadiorum translatio. Funem uocat, quo carceres erant obducti, teste Pausania Eliac. β. quem uide. Obliqua uerba, dicit obscura Cassandræ oracula.

Fagij.) montis, ad Oceanum orientalem siti, & à fagis dicti. ad eius radices est Cerne insula, quam nonnulli Hiberniam putant, & ἱέρνην Strabonis. Hanno quoq; in Itinerario suo κέρνην recenset, νῆσον μικράν, ἣν κατ' εὐθὺ καρχηδόνος κειμένην. Iam Tithonus est Auroræ concubinus. idem uocatur paternus Priami frater, quòd Tithonũ ex Rheone, Priamum ex Leucippe procreauerit Laomedon. quiq; heic ἀμφιμήτριος, is alibi ἀμφιμήτωρ, & ἀμφίγενος seu ἀμφίγονος uocatur.

Tranquillos.) ab effectu. Nautas dicit eos, qui cum Paride profecturi in Græciam erant.

Virgicidam Thetim.) Per hoc, mare per illud, Hellespontiacū intellige, in quo Helle uirgo perijt. Nazanzenus Theologus alicubi παρθενικὸν πέλαγος dixit.

Iulipedes.) Iulus, qui & ὄνισκος, uermis est multipes: cum quo nauem Paridis comparat, quòd ea remis, ut ille pedibus, abundaret.

Phalacrææ filiæ.) naues. nam ex arboribus Phalacræ, quod est unum de quatuor Idæ promontorijs, fabricatæ erant. Simili uenustate dixit Horatius, Siluæ filia nobilis:

& Varro Marcipore, Phrenetici Septentrionum filij:
cum de uentis loqueretur. Naues etiam ciconipelles uocat, quòd instar ciconiarum partim albæ sint, ratione uelorum: partim nigræ, si naues ipsas consideres.

Calydnas.) insulas duas Troianas, de quibus lib. 13. Strabo. Albas alas dixit, remos recens politos. Esse porrò alas nauium, remos, non, ut quidam putarunt, uela, docet Homerus Odyssea.

οὐδ' εὐήρε' ἐρετμά, τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται.

Simili quoq; figura dixit Poeta remigium alarum: & Propertius,
—classis centenis remigat alis.

Admonet præterea Pollux, extremas remorum partes πτερὰ καὶ ταρσὸν dici. Cur deniq; alæ nauium remi dicatur, nemo dubitabit, qui quidem remigationem ipsam æqualiter procedentē inspexerit. tum namque sublati & demissi remi, auium speciem in aere uolantium, & alas eodem agitantium modo prorsus referunt.

Septentrionalibus.) Septentrionis. phrasis est Homerica, ut cum ait,

νιτορέη παρὰ νηὶ παλαιγενέος βασιλῆος.

nempe cum ἀπὸ κτητικοῦ ὀνόματος ἀναλυθεῖσι πειάτα γρηικὴ σύνταξις, ut inquit Eustathius.

Ates uacciuagis collibus.) Colles Troianos intelligit, in quibus turris erat, Cassandræ carcer. Nominum origo hinc profluxit. Cū Dardanus è Samothracia in oppositam continentem profectus, urbem ibi uellet extruere, prohibitus est oraculi uoce, quæ omnibus eum locum habitaturis ἄτην, id est calamitatem & perniciem instare præmonebat.

nebat. itaq; appellati sunt Ates colles, & ἀτιολόφοι una uoce, si Phauorino credimus. Postea Ilus oraculo accepto, ut uaccam secutus, ubi illa primum procumberet, illic urbem conderet: ad Ates colles deuenit (qui heic ideo uaccinagi uocantur, à uacca ad illos usq; euagata) & Ilium ibidem posuit.

Nutrix.) patria, nempe Troia. sic in epigrammatibus Chrestodorus,

δαρδανίην ξύμπασαν ἐληΐσαντο τιθήνην. id est,
Dardaniam totam nutricem sunt populati.

Catullus patriam genitricem in Galliambo dixit.

Nauibus.) Hercules ob denegatos equos, à Laomedonte sibi promissos, Troiam expugnauit. cum trinoctem uocat, quia, ut inquit Propertius;

Iuppiter Alcmenæ geminas requieuerat arctos.

Tritonis.) Neptuni, cuius canem uocat cetum, qui à Neptuno in agrum Troianum erat immissus, cum Hercules interfecturus, totus à bellua fuit absorptus: cuius intestina cum deinde in uentre dissecuisset, postea, mortuo ceto, uiuus exijt, capillis tantum amißis, quos nimius belluini stomachi calor decoxerat.

Asper.) Canes enim, & pisces omnes carniuori asperos & serratos, nō cōtinuos, habent dentes: unde & καρχαρόδοντες nuncupātur.

Ambustus.) calore ceti interno. Calidum campum uocat ceti uentrem, quem etiam ollam appellat ignis expertem: siquidem interno calore fouetur. aliter Hesiodus ἄπυρον οἶκον dixit mare.

Infanticida.) Vide Senecam Hercule Furent. & alios, qui Herculis historiam exposuerūt latißimè, in his Diodorum Siculum. Alteram matrem dicit Iunonem, nouercam Herculis: quam ille, cum Neleo opē ferret, uulnerauit, quanquam diuinitas uulneribus non solet esse obnoxia. Historiam habet Homerus Iliad. ε.

Patris Luctatoris.) Iouis, qui cum Hercule Olympicum certamen instituente luctatus est, & ex eo Luctator dictus. Sequentia uerba tria gestum exprimunt luctantium qui sese mutuo comprehendere solent, & constringere. id uno uerbo Græci dicunt διαλαβεῖν.

Saturni collem.) *Olympum, qui antea Saturnius collis dicebatur. ſolebant enim olim loca omnia ſublimia Saturno dicari. Pindarus Olympijs de Hercule,* καὶ πάγον Κρόνου προσεφθέγξατο. *Similiter in Biblijs qui dicantur montes Dei, non eſt obſcurum.*

Iſcheni.) *qui cum pro ciuibus ſuis ſe deuouiſſet, in ſtadio ſepultus eſt ad metam. Quidam heic malunt* ὠλενὺς *legere, cuius uiri meminit Pauſanias, cum de Taraxippis loquitur. Ponitur autem per Synecdochen meta pro toto ſtadio.*

Equos turbans.) Hinc ſolent ea loca Taraxippi uocari, quòd eò uenientes equi terreantur. ἔδειξεν ἐν τοῖς Ἠλείοις, *inquit alicubi* Διὸς δαιμονίου τινὸς ὄντος, ἱδρύσασθαι βωμὸν Ποσειδῶνος. καὶ τὸ λοιπὸν φασὶν γεγονέναι τὸν τόπον ἀσφαλῆ.

Italici.) *Siculi, quod eſt prope Rhegium. nam & Eurip. ait,*

——ἢ Τυρσηνὸν ᾤκησεν πέδον.

Sæuam canem dicit Scyllam, Phorci filiam, quæ cum Herculi tauros Geryonios abſtuliſſet, ab eo fuit occiſa. eum deinde Phorcus combuſtā ritu ueterum, reſuſcitauit, ut fieret ἀθάνατον κακὸν, *purgata per ignem fæce terreſtri: quale quiddam in Pelia & Hercule apud Ouid. in Achille apud Apolloniū repræſentatur. Huc pertinet poema Virgilij, Ciris.*

Supra ſcopulum.) *Expreßit Homericum carmen Odyß.* μ.

αὐτοῦ δ' ἰχθυάᾳ σκόπελον περιμαιμώωσα. *id eſt,*

Illic piſcatur ſcopulos circum undiq; rimans.

Proſerpinam dicit fatum ſeu mortem, quam Scylla, cum immortalis eſſet, non timebat.

Dolo inermi.) *ueneno, quo Neſſus centaurus Herculi mortem procurauit. hiſtoriam totam elegantißimè Sophocles Trachinijs tractauit, ubi ſic inter cetera Hercules ipſe:*

ἐμοὶ γὰρ ἦν πρόφαντον ἐκ πατρὸς πάλαι,
πρὸς τῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ὕπο,
ἀλλ' ὅστις ᾅδου φθίμενος οἰκήτωρ πέλει.

quæ nos raptim ſic uertimus:

Nam Dius olim mi pater prædixerat,
Viuente dextra corruturum nullius,

Sed inſe-

Sed inferum qui mortuus foret incola.

Salutato.) *Hoc uel de Neso potest intelligi, si legas* δεξιώμενον, *qui iampridem erat mortuus, antequàm ipsius opera Hercules periret: uel de Hercule ipso, si alteram sequare lectionem, qui iam antè ad inferos uenerat, Cerberum ablaturus. Quam enim adfert interpretationē tertiam Scholiastes de Plutone ab Hercule uulnerato, & iaculis tanquam epulis excepto, ea nimis dura uidetur.*

Aeacidinis.) *Vocabulo sum usus Plautino. Tria autem heic ponit Poeta, sine quibus in castra Græcorum aduectis non poterat, ut ferebant oracula, Troia capi: ossa Pelopis (quibus tamen quidam Rhesi equos substituunt) Neoptolemum Achillis F. & sagittas Herculis, quæ penes Philoctetē erant. His ergo tribus (quanquam alia tria ponit Plautus Bacchidibus) Ilij perdendi causam tribuit. Per manus Aeacidinas primum Neoptolemum seu Pyrrhum intellige, Aeaci pronepotem.*

Pelopis.) *Filij Tantali, inquit Poeta. Ego Pelopis, quod idem ualet, exposui, quo sensus esset facilior. Letrina est Elidis urbs, absq; diphthongo scribenda, ut patet ex uersu paulo pòst sequente,*

ἔναλ' ἐρεχθεὺς ἐς Λετρινίας γύας.

Pausanias quoq; Letrinos uocat.

Deuorati.) *cum à patre Tantalo coctus, Dijs ad epulandum propositus est. Reliquias ignis dicit ossa ex rogo seruata, de quibus quidem Palladium fertur extructum fuisse.*

Elide solebat ostendi Pelopis costa, quam eburneam affirmabant:

Plin. lib. 28. cap. 4. eam in itinere submersam, cum Troiam deferretur, tradit Pausanias.

Teutari.) *Scythæ, qui fuit Amphitryonis bubulcus, Herculemq; & iaculandi artem docuit, & sagittis donauit: quamuis hoc Homerus ac Theocritus Euryto tribuant. Iam phrasis hæc similis est ei, quæ præcessit in uersu,* 7

ἀπαρκτίαις πρηστῆρες αἴθωνες πνοαῖς.

Vxor.) *Oenone, quam Paris ante Helenam duxerat, ut patet ex Ouidij epistola Oenones ad Paridem. Eam Clemens Alexandrinus lib.*

Stromatum primo inter uates recenset, his uerbis: ἴσχυσε δὲ καὶ λεοκρίων καὶ οἰνώνη καὶ βρῆνος ἐν ἰλίῳ. ubi sanè putarim legendum uno uerbo κεβρῆνος. fuit enim Oenone Cebrenis F. Ceterùm quod heic adfert Scholiastes de Corytho, Oenones F. qui Græcis dux fuerit Troiam nauigantibus, probare non possum, cum præsertim nullo nitatur testimonio. existimarim potius hæc de Heleno uate, Priami F. esse intelligenda: qui, ut ex Calabro constat, odio in Troianos & Alexandrum concepto, ad Græcos transfugit, ut scribūt Orpheus ac Tryphiodorus, illisq; tum oracula de Troia capienda exposuit, quod testatur etiam Sophocles Philoctete; tum adiutor fuit unà cum Antenore, ut Palladium furtim auferrent in quibus quidem perpetrandis Oenones quoq; operam intercessisse, fit uerisimile. Heleno porrò ob hanc operam Græcis præstitam, libertatem primùm, deinde etiam Neoptolemi regnum ex parte obtigisse, docet Virgilius tertio.

Nuptiarum.) Helenæ; quam Paris, Oenone relicta, pro uxore habebat.

At ipsa.) Cum Paris à Philoctete uulneratus, ad Oenonen confugisset, quam sciebat medicinæ peritam esse (ut testatur etiam Ouidius) sanari tamen non potuit, quòd essent Herculis tela, quibus ipse uulneratus fuerat, letalia. Sic ergo mortuo Paride, Oenone mox, præ nimio mariti desiderio, mortem sibi consciuit, atq; è turri se in rogum Paridis præcipitauit.

Gigantiperdis.) quibus olim Hercules gigantes Thraces cū Ioue belligerantes confecerat. Aduersarium dicit Philoctetem. Historiam tradit Calaber lib. 10.

Sepulcra.) Multitudinis numerus pro singulari. Dardanum autē intelligit, ex Electra Atlantis F. & Ioue prognatum, cuius sepulcrum ad Troiam erat.

Natatoris.) quia diluuij Deucalionei tempore, ut sequitur, è Samothracia in Phrygiam enatauit super utres consutos, idq; solus, instar apri Istrij, quem singularem & μόνιον uocant. Nam quod heic de porco nugatur Scholiastes, est prorsus ineptissimum. Simpliciter enim intelligendum est, Dardanum è Samothracia in Phrygiam enatasse more

fulicæ,

fulicæ, auis marinæ, & quidem solum, instar apri, qui singularis & solivagus, non gregatim pasci solet. Porci autem uocabulum de apro antiquitus Græcè sumi, ex Varrone nos docuit Iosephus Scaliger, uir doctissimus. Est etiam heic notandum, quòd in Phrygiam dicitur uenisse Dardanus diluuij tempore. Phrygia enim prima ex aquis post diluuiū apparuit, ut his uersibus docuit Sibylla:

ἡ φρυγίη, πρώτη δ' ἀναδύσῃ ἀφ' ὕδατος ἄκρυ,
πρώτη δ' αὖ θρέψεις γενεὴν ἑτέρων ἀνθρώπων.

Rhithymnia.) *Cretica. est enim Rhithymna Cretæ urbs: quæ quia maritima est, fulicis, & alijs auibus marinis abundat.*

Antrum.) *in Samothracia situm, ut testantur etiam Aristophanis scholia. Caniuoram deam uocat Hecaten, quia, ut inquit Ouidius,*

Exta canis Hecate uidi libare Sapæos.

Saus est Thraciæ promontoriū, in quo erat antrū Hecates, siue Rheæ, quam Corybantes colebant. alij tamen Saonem ponunt insulam.

Glandes autem.) *Simile est apud Horatium illud,*

Piscium summa genus hæsit ulmo: *& Ouid.*

——hic summa piscem deprendit in ulmo.

Quæ in humana.) *Phocas hominum amore capi, tradit Scholiastes. quod an uerum sit, uiderint alij. Mihi potius hoc uidetur innuere Poeta, in diluuio pisces omnia loca liberè peruagatos, etiā in ædes, hominumq́; cubilia deuenisse, et illic fuisse cōmistos, ubi solebant homines somnum capere.*

Grypem.) *Paridem raptorem. Si quis γρυπὸν malit, torrim exponet, & æquè de Paride intelliget, qui etiam infrà, ubi de Philoctete agit Cassandra, φιτρὸς seu torris uocatur, propter Hecubæ somnium, quo per torrem ac facem Paris indicabatur. Alatum uocat propter nauem, qua uehitur.*

Columbæ.) *Helenæ, quam propter libidinem columbam uocat: canem propter impudentiam. Notum est enim illud Homericum,*

εἵνεκ' ἐμεῖο κυνός.

Vulturem deinde sumit pro olore rapaci. nec est ignota fabula Iouis in cygnum conuersi, & oui Ledæ; ex quo Helena cum Dioscuris prodijt.

u Te sanè,

Te sane.) *Apostrophe ad Paridem in Græciam nauigantem. Acherusia uia est iuxta Tænarum, qua Lacedæmonem itur: per simum intelligit stabula. erat enim Paris pastor & agricola, ritu antiquo.*

Formæ tribus iudicem.) *cum de trium dearum pulcritudine iudex datus esses. tunc enim in Ida eras prope stabula paterna. Iudiciū Paridis elegantissimè descriptū qui uolet uidere, legat Coluthum Thebanum: sed in somnis cōtigisse, quemadmodum rectè monet Dares, meminerit. θυωρίτης seu uenditor heic æstimatorem & iudicem notat.*

Stabulis.) *Sic exponēda sunt ὄργμα, ex Hesychio. Scholiastes enim hoc loco, ut sæpe alibi, egregiè halucinatur. Malea Laconiæ est promontorium, Las uerò urbs, quam Homerus λᾶαν uocat. Terrestrem remum dicit pedum pastorale.*

Phereclei pedes.) *naues, quæ à Phereclo constructæ erant, teste Colutho. unde & Ouidius,*

Hac duce Sigeo dubias à littore feci
Longa Phereclea per freta puppe uias.

Ostia.) *Laconiæ iuxta Tænarū. Strabo uocat θυρίδας ταινάρου, Gythium est nauale Spartæ, sicut Piræus Athenarum.*

Nauis dentes.) *ancoras, quas apud Lucianum tumidus Lexiphanes, cuiusq; dictio cum Lycophronica ibidem comparatur, ναυσιπέδας uocat. Duas columbas dicit Iphigeniam & Hermionen. alij solam Hermionen ex Helena genitam asserunt.*

Secunda.) *Prius enim à Theseo septennis rapta fuit Helena, posterius à Paride. Aucupem dicit Paridem. Quomodo pennis feræ capiātur, docet Gratius. quò pertinet illud Virgilij,*

Ceruum puniceæ septum formidine pennę: *& Lucani:* —— dum pauidos formidine ceruos
Claudat odoratæ metuentes aera pennæ: *& Senecæ initio Hippolyti,* Picta rubenti linea penna
Vano claudat terrore feras.

Hanc pennam Oppianus δεῖμα πολύχροον appellat, & δειμαλέην μήρινθον.

Bacchis.) *nymphis marinis, quibus Helena sacrificabat, somnio quodam,*

quodam, ut nonnulli uolunt, territa. tamen potest hoc etiam ad Isthmium festum referri, de quo Statius sexto,

——— quoties animosa resumit
Leucothoe gemitus & amica ad littora festa
Tempestate uenit.——

Inoni quidem Megarenses quotanis sacrificabant, nec non celebrabãt eius ferias Epidaurij Lacones,

Curres.) *in Aegyptum, quo Paris confugit (uel saltem tempestate delatus est Herodoto teste) quod à Spartanis sibi metueret. Scandea Citherorum est nauale secundum Pausan. & Stephanum. Thucydidis interpres duas ait esse in Citheris urbes, alteram insulæ cognominem, alteram Scandeam. Aegilus est Peloponnesi promontorium.*

Draconis insula.) *Salamine, Atticæ urbe, quã draco quondã infestauit à Cychreo pòst interfectus. Huc pertinere uidetur Homeri carmen,* νήσῳ δ' ἐν κραναῇ ἐμίγην φιλότητι καὶ εὐνῇ. *heic enim* κραναὴν *quidam pro* ἀτθίδι *sumunt. Biformem dicit Erichthonium, qui è terra procreatus, serpentis habuit pedes, & Athenis regnauit. nam ab ipso Athenienses nuncupantur Erichthonij.*

Inane) *Paridi enim, cũ in Aegyptũ uenisset, Proteus Helenam ademit, ut sequitur, reddito eius simulacro, cum quo Troiam ille redijt. assentiuntur huic historiæ Stesichorus & Euripides: quamquam hic Iunoni hoc factum tribuit, de qua sic ait initio Helenæ:*

δίδωσι δ' οὐκ ἐμ', ἀλλ' ὁμοιώσασ' ἐμοὶ
εἴδωλον ἔμπνουν, οὐρανοῦ ξυνθεῖσ' ὕπο,
πριάμου τυράννου παιδί,——

Maritus.) *Proteus.* 11

Risu abstinet.) *Proteus Aegyptius (Thracem Virgilius facere uidetur) cum in Thraciam uenisset, duos ex Torona procreauit filios, Tmolum & Telegonum. ij cum hospites omnes lucta uictos occiderent, Proteus id ægrè ferens, à Neptuno patre impetrauit, ut per subterraneum quandam cauernam in Aegyptum rediret. Postea ubi resciuit filios suos ab Hercule esse interfectos, nec gauisus est eorum obitu, quia filij; nec etiam doluit, quoniam improbi fuerant. Sic*

apud Euripidem Theseus, intellecto Hippolyti interitu,

οὔθ' ἥδομαι τοῖσδ', οὔτ' ἀπάχθομαι κακοῖς.

Nec aliter apud Platonem Phædo moriẽte Socrate sibi accidisse refert.

Terram.) Aegyptum, quam Nilus quotannis æstate superueniens fecundat. unde infrà διφαπότοι γύαι uocantur. Nilum etiam Apollonius Tritonem uocat,

καὶ ποταμὸς τρίτων καλλίρροος, &c.

Nam, ut ex Hecatæo traditur, olim fuit nominatus Oceanus, Aegyptus (ut ab Homero) Aetos, Triton, ac demum Nilus, à Nilo quodam Aegypti rege. Palleniam dicit, quæ postea Phlegra est uocata, teste Herodot.

Guneus.) Is quondam in Arabia iudex iustißimus fuit: cui nunc Proteum confert. Ichnæa uocatur Themis seu Nemesis, ab Ichnis, urbe Macedoniæ, secundum Strabonem & Stephanum, quibus heic assentior potius, quàm Scholiasti. Diodorus in Epigramm.

Ἀδρήστεια τὶ δῖα καὶ ἰχναίη σε φυλάσσοι

παρθένος, ἡ πολλοὺς ψευσαμένη νέμεσις. id est,

Adrastea, precor, te diua, Ichnæaq; uirgo

Conseruet, multos fallere sueta dea.

Lyci & Chymærei.) filiorum Promethei, quorum sepulcris in Troia sitis cum nondum essent iusta facta, fames autem Spartanos premeret, respondit Apollo, non eam antè cessaturam, quàm Spartanus aliquis Troiã profectus, ad hæc sepulcra sacrificaret. Itaq; missus est Menelaus, & à Priamo Arideq; hospitio acceptus: Antheus fuit Antenoris F. quem cum amaret Paris, & inter ludendum imprudens interfecisset, ideoq; sibi à patre metueret, cum Menelao in Græciam discessit.

Salem.) Salis & mensæ consortio ius hospitij contrahi, notum est. Purum dicit salem, quomodo Horatius,

Concha salis puri. ——

plura de hac re uide apud Plutarch. Sympos. Ab ursa deinde comparationem ducit, uel quòd ursæ, dum lactant, feroces sunt & crudeles: uel quia ursa, secundum quosdam, Paridem expositum primum lactauit.

Frustra.) Prouerbium à citharœdis ductum, qui ingrati sunt auditoribus,

toribus, nec mercedem speratam accipiunt. Frustra, inquit, orabis Proteum, ut Helenam tibi reddat. nihil enim proficies. Nisi quis malit hæc, ut sonant, accipi, quòd Paris uerè citharœdus fuerit: quò faciunt etiam illa Horatij,

Nequicquam Veneris præsidio ferox
Pectes cæsariem, grataq; feminis
Imbelli cithara carmina diuides.

Quin etiam Paridis lyram ad Alexandri Magni usq; ætatem extitisse tradit Plutarchus Alexãdro. Ceterùm quemadmodum heic ait νεύρας κτύπον, sic paulo pòst κόρνιδος κρέτωρ, & extremo libro μαγάδος κρότον usurpabit.

Quinq; uiræ bacchæ. *)Helenæ, quæ quinq; habuit uiros, qui mox ordine recensebuntur. Eam uocat Pleuroniam à Pleurone, Peloponnesi oppido, uel, ut uult Paus. Thestij, qui Ledã procreauit, patre.*

Claudæ. *)Hoc epitheton Parcis tribuitur, propter inæqualitatẽ & dissimilitudinem fatorum, ut scribit Eustathius. quas autem hic maris facit filias, eas Orpheus & Hesiodus Nocte procreatas fingunt. Antiquum uocat mare secundum eos, qui omnia ad aquæ principium referunt.*

Vt à maritis. *)id est, in fatis fuit, ut Helena quinq; uiris nuberet.* 13
Dicunt autem Græci δαῖσαι γάμον, & δαῖσαι τάφον, de nuptiali aut funebri epulo loquentes.

Duos. *)Theseum & Paridem. eos uocat coniunctim triorchas aquilas, ut Phœbus Apollo dicitur.*

Alium. *)Menelaum, ab ijs oriundum, qui partim Afri erãt (Plynus enim urbs est Africæ, ut Caricus Laconiæ fluuius) partim Lacones. Atlas enim Afer, pater fuit Asteropes, quæ Oenomaum peperit, Hippodamiæ patrem, quæ ex Pelope, qui in Laconia habitauit, Atreum concepit, patrem Menelai & Agamemnonis. Acrope etiam, Atrei uxor, Cretei, F. Minois, Cretensis regis fuit filia. quapropter Menelaus semicres dicitur. barbarus autem fuit ea de causa, quòd Pelops è Lydia secundũ Pindarum, uel è Paphlagonia uel Phrygia secũdum alios sit ortus: quæ quidem regiones barbaræ censentur. quin & Eleos apud Athenæum*

Stratonicus pro barbaris habet. Caricus fluuius à Caribus dictus uidetur, qui cum maris obtinebant imperium, multas in omnem partem deduxerunt colonias, multaq; à se denominarunt loca, ut patet è Thucydidis & Aristophan. scholijs.

Eleum.) Pelops enim, Atrei pater, Hippodamiam ex Elide duxit, ubi qui nati erant, uocabantur olim Epei, à rege quodam Epeo, testibus Strabone et Stephano. Auum Menelai dicit Pelopem, quem Tantalus pater dijs conuiuio exceptis proposuit.

Ennæa.) Ceres, ab Enna, Siciliæ urbe, dicta. eadẽ dicitur Hercynna ab Hercynna Trophonij filiola, quæ cũ Proserpina ludere solebat, teste Pausan. Bœoticis. Erinnys Ceres ab Arcadibus colebatur, ut docẽt Callimachus & Pausan. Alij putant eandem apud ueteres fuisse Cererẽ & Erinnym, atq; ideo furiosos dictos ceritos. Furibũda uocatur à furore, quo quondam fuit correpta, cum filiam amisisset. Ensifera Ceres colitur à Bœotis. Per sepulcrum Cereris, uentrem intelligit, comedentis exprimens speciem. Plautus,

Cuius ego latus in latebras reddam meis dentibus & manibus.

Bis.) semel ex patre, iterum opera deorum, ut est in fabulis. Nausimedon dicitur Neptunus, nauium dominus: qui Pelopis à dijs resuscitati amore captus est, eumq; rapuit, ut canit Pindarus.

Erechtheus.) Neptunus, ab Atheniensibus hoc nomine cultus. is equos alatos & currum Pelopi dedit, quibus Oenomaum antagonistã superaret. Letrinæi agri sunt Elei siue Olympici.

Molpidis lapidem.) statuam, id est, stadium Olympicum. ponitur enim pars pro toto. Molpis quondã in pluuiæ penuria Ioui se pro patria mactari passus est. quare Iouis Pluuij templum fuit extructum, & in eo consecrata Molpidis statua. De Molpide uidetur Ouidius loqui in Ibin,

Vt qui post longum sacri monstrator iniqui
Elicuit pluuias uictima cæsus aquas.

Genericidam dicit Oenomaum, qui filiæ procos omnes cursu uictos occidebat.

Dolis impijs.)*quos Pindarus elegãter explicat. cereos enim clauos ferreorum loco modiolis rotarum in Hippodamiæ curru iniecerat Myrtilus Cadmilus uocatur Mercurius à Bœotis, quamuis alij à ministerio nomen deducunt: eius filius fuit Myrtilus, Oenomai auriga: quem apud se sepultum, Pheneatæ colunt, teste Pausan.*

Vltimum.) *Nam in mare proiectus à Pelope, submersus est, & Nereo seu mari nomen à se dedit, ut Myrtoum uocaretur. alij tamen à Myrtone, muliere quadam, longo antè tempore sic dictum malunt.*

Generi.) *Hippodamiæ & Pelopidarum. Ex his enim diris (quarũ meminit etiam Sophocles Electra, & Oreste Euripides) aiunt ortam esse, Mercurij opera, ouem auream, quæ Pelopidis perniciosa fuit. Posset tamen hoc carmen etiam sic uerti,*

Perniciosam inurens generi maculam:

ut dicatur Myrtili perfidia toti ipsius generi siue gẽti turpem inußisse maculam. Quartum deinde dicit Deiphobum, fratrem Paridis: quem, quòd Helenam rapuerit, accipitrem uocat.

Luctæ)*Deiphobus post Hectorem, qui princeps erat, secundam obtinuit inter omnes Priami filios fortitudinis laudem. Itaq; cum Helenæ coniugium post occisum Paridem fortißimo fratrum in premiũ destinatum esset, facilè potuit eam Deiphobus consequi. Euripides tamen Troadibus aliam sequitur historiam. Alij per luctam intelligunt ipsam Helenam, quæ multis luctæ belliq; causa fuerit. est enim propriè* παίσφαλτερ *id, quod in pugna labi aliquem cogit. quæ quidem interpretatio non malè huic loco conueniet, præsertim si legatur* σύγγονε. *Nam post Paridem fratrem Deiphobus Helenam duxit. equidem priorem malim expositionem.*

Quintum.)*Achillem, qui somniando quondam cum Helena concubuit. Non abhorret hinc, quod ait de eo Euripides Helena,*

μνηστὴρ πο θ' ἑλένης ἦλθεν, ὡς λέγουσιν

Aptius etiam est, quod ait Pausanias Laconicis Crotoniatas referre, Helenam post mortem in Alba insula, de qua pòst, Achilli cohabitasse. Imaginosum dicit corpus, quod in somnis ab imaginatione,

quæ

quæ solet nobis dormientibus libera uagari, conceptum fuit.

Cytaicæ.) *è Cyta, urbe Scythiæ. Medeam autem intelligit, quæ Iasonem hospitem deperijt, & Achilli pòst in insulis beatorum nupsisse fertur. Alij malunt hæc ad Iphigeniam referri, quæ in Tauris Scythiæ hospites immolabat, & Achilli quõdam desponsa fuit. Prior sententia, quã equidem sequi malim, suffragatores habet Ibycũ & Simonidem.*

Oenone.) *quæ postea Aegina de Asopi filia dicta fuit. Ouidius tamen ait,*

Oenopiam ueteres appellauêre.

Pindarus quoq; Isthm. 8. σὲ δ' ἐς νᾶσον οἰνοπίαν ἐνεγκών. Ab hac insula Peleus exulabat, quòd Phocum fratrem casu in palæstra occidisset.

15 Formicarum.) *Cum Peleus inopia uirorũ in Aegina laboraret, à Ioue impetrauit, ut formicæ in uiros mutarentur, qui ea de causa Myrmidones dicti sunt. Alij, inter quos Ouidius, Aeaco patri hoc attribuũt. Typhonem Pelasgicum dicit Achillem Thessalicum seu Pharsalium.*

E septem.) *Thetis indignata, quòd mortali Peleo nupsisset, sex masculos, quos ex ipso genuerat, comburendos in ignem, tanquam se indignos, proiecit: ultimum uerò Achillem cum itidem uellet comburere (id quod tamen ad diuinitatem illi conciliandam factum uult Apollonius) à patre superueniente prohibita fuit, cum tamen alterum labrũ iam combustum esset, unde pòst ἀχιλεὺς dictus est. nam, ut inquit Agamestor,*

——— ἀχιλῆα
πηλεὺς κικλήσκει χείλεος εἵνεκα μιν. *id est,*
De labro Peleus nominat ipsum Achilem.

Achilles tamen contrà, ut & hoc obiter admoneam, de patre sic apud Homerum loquitur:

ἀλλ' ἕνα παῖδα τέκεν παναώριον.
Vnicus, inquit, sum patri filius.

Hic.) *Paris, qui ex Aegypto Troiam redijt, irritatis in se & suos Græcis.*

Fumo qui suffijt.) *Solent enim, qui castrãt aluearia, fumo prius apes absterrere. Virg.*

fumosq;

—— fumosq; manu prætende ſequaces.

Illi.)*Græci,qui cum Aulide diu fuiſſent ob iram Dianæ detenti,tandem Iphigeniam,ut uentum nanciſcerẽtur ſecundum, immolarunt. uide Euripid.Iphig.Ira uerò Dianæ unde ſit orta,ſic explicat in oratione quadam Libanius:* οὐχ οὗτός ἐστιν *(de Agamẽnone loquitur Achilles)* πρῶτον μὲν ἐν αὐλίδι τῆς ἀρτέμιδος ἀμαθίαν εἰς τοξικὴν καταγνοὺς, καὶ φήσας οὐδὲν εἶναι πρὸς αὐτὸν ἐκείνην ἐν ἀφέσει βελῶν: ἐξ οὗ δὴ καὶ τὸν στόλον ἐπέσχεν ἡ θεὸς χαλεπήνασα. *Iam Iphigeniam uocat heic matrẽ eius, qui à bello denominatus eſt: id quod malè Scholiaſtes ad Paridem detorquet, cum nec Paris ab Iphigenia ſit procreatus, nec* ὑλαμὸς *peram,ſed bellũ ſignificet: unde ſuprà naues Herculis dixit* ὑλαμηφόρους. *Nos autem per bello cognominem intelligimus Neoptolemum, qui ſecundum quoſdam ex Iphigenia ab Achille ſuſceptus eſt, & à bello nomen ducit.* πτόλεμος *enim,ex quo fit Neoptolemus, idem ſonat quod* ὑλαμός. *ac tali figura Theocritus elegantiſsimè Telemachum appellauit per* ἰσοδυναμίαν Μαχεπτόλεμον. *Hanc interpretationem noſtram confirmat uerſus proximus,*

Scyrij draconis grauidam puerperam.

Neoptolemum enim pater,mactata Iphigenia,in Scyrum ad Deidamiã educandum miſit.atq; ibi quidem Pyrrhus dictus eſt,ut à Phœnice Neoptolemus,quemadmodum ait poeta Cyprius.uerùm de Paride nihil tale confingi poteſt.

Sponſus.)*Achilles,cui Agamemnon Iphigeniam,cum à matre arceſſeret, deſpondiſſe ſe ſimularat. Itaq; cum Achilles Iphigeniam ab aris abreptam,& in Scythiam delatã eſſe cognouiſſet, eò profectus eſt, ad illam quærendam per mare Salmydeſium,quod in Euxinum põtum influit. Poſtquam uerò diu quæſitam nuſquam potuit reperire, tandẽ in Alba,inſula ponti Euxini,quæ pòſt Achillea dicta eſt,habitauit, prope Celtum lacum,in Euxinum influentẽ.Quam heic* φαληριῶσαν σπίλον *dicit Lycophron,eam Pindarus* φαεννὰν νᾶσον *uocat. De hac inſula uidetur Neptunus apud Calabrum loqui ad Thetin,*

καί οἱ δῶρον ἔγωγε θεουδέα νῆσον ὀπάσσω
εὔξεινον κατὰ πόντον, ὅπῃ θεὸς ἔσσεται αἰὲν

σὺς παῖς. ——————

Quin etiam in hac insula narrat Max Tyrius *Achillem à multis post mortem & uisum & auditum esse. alij quoq; hoc pro miraculo referunt, ædem Achillis à nullis auibus infestari: qua de re uide* Arriani *περίπλουν sub finē.* *Meminerūt huius Albæ* Strabo & Stephanus. Decol *litricem Græciæ uocat* Iphigeniam, *quòd hospites omnes, præcipuè Græcos, Dianæ mactaret.*

Latus.) *Litus est in Scythia stadiorum circiter mille, quod cū Achilles in armis iuxta quadrigas currendo transijsset, dictus est postea* Cursus Achilleus. *βαθὺς autem sume pro lato, quoniā* Apollonius *hoc litus appellat εὐρείας ποταμοῖο ἠϊόνας, quæ postea δρόμος ἀχιλλέως sint nuncupatæ, ut ibidem ex* Dionysio *refert* Scholiastes. Arrianus *tamen insulæ quoq; nomen hoc tribuit.*

Clades.) *suas, qui sit* Iphigenia *sponsa priuatus, & ad eam perquirendam frustra nauigarit.*

Mutatam anum.) *ex puella in anum, ut uult* Lycophron: *ut alij, in ceruam: ut* Hesiodus, *in* Hecaten. *eam formā uocat inuisam cum* Cic. *de Arusp. resp. quòd in eius conspectū uenire* Achilles *nō potuerit.*

Plutonisq; ollam.) *in qua mortuorum carnem* Iphigenia *coquebat. ea* Plutoni *tribuitur, quòd is mortuorum sit præses. Alij malūt antrum hoc loco intelligi, quod fuerit in castris Græcorum, ubi sacra fierent: quasi uerò* Iphigeniæ *transformatio non tam in Scythia, quàm Aulide perfici potuerit. Iam quod ebullientem è fundo flammas dicit, eius geminum est apud* Virg.

——fundoq; exæstuat imo.

Exprimere enim uoluit uterq; ollam igne æstuantem. Nigrum *deinde* Iphigeniam *intelligit, quæ infra quoq; sic uocatur,*

μητρὸς πελαυνῆς χέρνιβας μιμνήσκοντος.

Legendum heic deniq; est λαιτα λαργία, dandi casu, ut omnia sint concinniora.

Illi uerò.) *Græci, qui cum Aulide* Saturno *(uel, ut alij uolunt,* Ioui Saturnio, *quemadmodum & apud* Aristoph. Ranis Darium *pro* Xerxe *poni putarunt quidam) sacrificarent, serpens in mediū progressus est, &*

est, & platano conscensa passeres octo cum matre deuorauit. quod ostentum cum Calchas de annorum numero, quibus elapsis capienda Troia esset, interpretaretur (ut est apud Homer. & Ouid.) Græci secundo iurarunt, se nō prius à Troia discessuros, quàm urbem deletā cernerent. De hoc iureiurando loquitur apud Virg. Dido,

Non ego cum Danais Troianam excindere gentē
Aulide iuraui.———

Vatem heic uocat Saturnum, quòd capiendæ Troiæ tempus per ostentum Græcis prædixerit. uocat etiam carniuorum, poetico more, quasi ipse in serpentem se uerterit, & quod iuxta aram eius contigit, id ipse uel fecerit, uel faciendum curarit. Nam Scholiastæ syntaxin hoc loco non possum sequi. Quid quod similiter Horatius Genium memorē breuis æui dixit, quòd agricolæ, dum ad eius aram sacrificabant, uitæ breuitatem reuocabant in memoriam.

Secundum.) Prius enim apud Tyndarum, Helenæ patrem, iurauerant Græci communiter se ulturos, si quis Helenam, postquam nupsisset, raperet. quo quidem iureiurando obstricti, Troiā profecti sunt ut eam repeterent. uide initium Iphig. Aulid.

Priorum seruatorem.) Cum Græci in Mysiam delati essent, Telephus rex eos persecutus, grauiter afflixit, donec eum Achille cōgressus est, & ab eo, cum Bacchus ipsum uite supplantasset, uulneratus. tū enim impunè Græci per Mysiam discesserunt, quandoquidem iubebatur Telephus ex oraculo, uulneris remedium ab autore petere. Propertius,

Mysus & Aemonia iuuenis qua cuspide uulnus
Senserat, hac ipsa cuspide sensit opem.

His igitur de causis Seruator & Supplantator dictus est Bacchus.

In angulis.) In intimo templi loco, ubi Agamemnon ex oraculo Baccho sacrificauit, quem heic Taurum seu Tauriformem uocat, quoniam talis colebatur ab Argiuis: nisi quis Taurum uelit pro ipsa uictima sumere. Delphinius & Lucrosus Apollinis sunt epitheta, qui Delphinius quidem uocatur ab occiso delphino, uel quòd in delphinū aliquādo se conuerterit: Lucrosus uerò, propter oracula, quib. & aliorū

& suæ utilitati nonnunquam consulit. Apollo autem Delphis unà cum Baccho colebatur. Lucanus quinto,

— cui numine misto
Delphica Thebanæ referunt trieterica Bacchæ.

Milledux.) *Agamemnon, cuius exercitum hac de causa Euripides* χιλιόναυν στρατιὰν *appellat. Propert.*

Et Danaum Euboico littore mille rates.

quanquam hic numerus exactus non est. Enorches Bacchus celebratur apud Lesbios. idem & Figalei nomine in Arcadia colitur. sic enim cum Stephano malim legere, quàm φιγαλεὺς *cum Scholiaste. quanquã potest etiam Fygaleus à Fygalis, oppido Peloponnesi, cognominari. Lucernalis denique uocatur Bacchus, quòd illi cum lucernis & facibus sacra fierent, teste Pausan.*

Leonem.) *Telephum. Quod autem leoni aristas in cibum proponit Poeta, tectè subinnuit, ut existimat Eustathius, se leoni & sui Telephum comparare, sicut Euripides Medeam* δίκην λεαίνης ταυρουμένην *dixit. Pro* Sectore *potes etiam Secans uertere, si malis* α, *quàm* ι, *elidere. Catenam dicit classem Græcorum per mare aduentantem.*

Vtinam.) *Apostrophe ad Prylin, Mercurij F. qui Græcis ad Lesbum delatis Troianorum consilia & rationem capiendæ per equum Troiæ aperuit. Cadmus est epitheton Mercurij, ex quo deducitur Cadmilus, quod suprà positũ est. Ac uidetur Mercurius à Boeotis Cadmus ea ratione dictus, qua Iupiter à Spartanis Agamemnon cognominatus est. qua de re aliquid dicemus infrà. Quidam contrà putant Cadmum per Syncopen ex Cadmilo deduci.*

Issa.) *Lesbo, quæ à matre Prylis, Issa quõdam fuit dicta. alia est Issa, Liburniæ insula, apud Apollon.*

Quartum.) *Atlãtis enim filia fuit Maia, mater Mercurij, qui Prylin procreauit. Cognatos uocat Troianos, propter Dardanũ Electræ, filiæ Atlantis, filium.*

Optima.) *Græcis: nisi quis malit pro facillimis sumere. Atq; huc pertinet adagium, Lesbius Prylis: quod hactenus nemo satis intellexit.* τόμαροι *erant ij propriè, qui oraculo Dodonæo præerant, à Tomuro*

monte

monte uicino cognomen nacti. heic uatem simpliciter hoc uocabulum denotat.

Nec ab Aesaci.)*id est, nec oracula, quæ Aesacus super Hecubæ somnio edidit, cōtemsisset. Aesacus enim, Priami F. ex Arisba, uates fuit. is audito Hecubæ somnio de torre, respondit, matrem unà cum filio de medio tollendam esse. alioqui fore, ut filius matrem perderet. Priamus aūt pater, horū loco Cillā Thymoetis uxorē cū filio sustulit, de quib. infrà.*

Sed unà.)*Ab his non discrepant ea quæ in Andromacha Euripidis leguntur, ὄθι δ' ὑπὲρ κεφαλᾶς ἔβαλεν κακὸν ἄτις τέκεν ποτὲ πάριν, πρὶν Ἰδαῖον κατοικῆσαι λέπας. ὑπὲρ κεφαλᾶς autem (ut σὺ παχυλῷ dicam) ita ponitur hoc loco, ut apud Theocr. Heraclisco: ὑπὲρ ποταμοῖο, & Virg. Pharmac.*

Transq; caput iace.

ineptiunt enim heic interpretes Græci. Geminos porrò dicit Hecubam & Paridem. Lemnium ignem uocat, quòd in Lemno primum sit inuentus, secundum Hellanicum: uel à Vulcano, Lemni præside.

Portunus.)*deus marinus, quem alij Melicertam uocant. is in Tenedo colebatur puerorum uictimis, quòd ipse quondam puer perijsset, ut est in fabulis. Mergos dicit naues Græcorum. Oceani coniux est Tethys, quæ heic pro mari Tenedio accipitur. uocatur autem Oceanus ὠγύγιος seu antiquus, quòd à quibusdam rerum omnium statuatur principium.*

Quin gemini.)*Sequitur historia quorundam, quos in expeditione Græci interemerunt. Geminos filiòs primum dicit Tenum & Hemitheam, Cycni liberos: quos cum pater arcæ inclusos proiecisset in mare, ad Leucophryn insulam eiecti sunt, cuius incolæ Teno creato rege, insulam ab eo Tenedum denominarunt. In eam ubi Achilles uenit, Tenus quidem ab eo simul cum patre (quem tamen alij antè mortuū tradunt) interemtus est: Hemithea autem dum illius cōspectum effugeret, à terra fuit absorpta. Sed hæc fabulosa sunt: ueram historiam si quis requirat, apud Diodorum Sic. extremo lib. 5. reperiet.*

Qui prius.)*Cycnus nāq; mortua Proclea, matre Teni, Phylonomen duxit: quæ cum Teni amore capta esset, nec eo posset potiri, apud*

patrem de ui sibi illata illum accusauit, usq; ad hoc Molpi tibicinis testimonio, à quo & Tenedij tibicinis prouerbium ductum est.

19 A'mergis.) *Cum Cycnum ex Neptuno mater peperisset, iuxta mare exposuit: quem deinde piscatores cygni aduolantis indicio inuentū educarunt, & Cycnum appellarunt. Hinc à Poeta dicitur à mergis, auibus marinis, nutritus, & piscatorum captus retibus, aut etiam, piscium uenator: praeterea familiaris ostreis (Nicandro alibi κρῆθμος aut potius κρίθμος cum Dioscoride, herbam significat) & neritis piscib. de quibus Oppianus. alij tamen ostrea esse malunt.*

Mnemon.) *Hunc Achilli à matre uult attributum Scholiastes (consentiente Plutarcho ἑλληνικοῖς, nisi quod nomen subticet) ut eum submōeret, ne quē ex Apollinis filijs interimeret. Equidē de Mnemone nihil adhuc legere aliud memini, nisi quod Eustathius μνήμονα uult officij nomē esse, multosq; uarijs heroibus μνήμονας et submonitores, ut & genios, attributos refert. Qui ex Mnemone faciunt Memnonē, utūtur ij quidē Anagrāmatismo, sed qui lusibus iucundis potius quàm serijs interpretationib. conueniat.*

Myrina.) *oppidulum iuxta Troiam in Lycia, à Myrina Amazone, quae urbē hanc extruxit, & in ea sepulta fuit, denominatum, testib. Strabone & Diodoro. Homerus,*

τὴν ἤτοι ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν,
ἀθάνατοι δέ τε σῆμα πολυσκάρθμοιο μυρίνης.

In hac urbe Troiani audito Graecorum aduentu, in aciem compositi sunt, ut idem narrat. Thessalicum saltum dicit Achillis Thessali, qui tā to cum impetu in terram prosilijt, ut fontem indidem excuteret. Euripides deinde Troianum uocat Andromacha.

Incendit.) *Hypotyposis ineuntis praelij. Aeschylus Persis,*

σάλπιγξ δ' ἀϋτῇ πάντ' ἐκεῖν' ἐπέφλεγεν. *Virgilius extremo dec.* Clamore incendunt caelum Troesq; Latiniq;.

Saltator uocatur Mars, qualem describunt in Euripide Phoenissae. Concha quoq; ueteres in bello utebantur ante tubas à Tyrrhenis inuētas, ut & in alijs ferijs. Theocritus Europa:

κόχλοισιν ταυκοῖς γάμιον μέλος ἠπύοντες.

Vtebantur

Vtebantur & facibus, quemadmodum annotant Euripidis scholia Phœnißis.

Lanceis coruſcantia.) *Campi, inquit, horrent haſtis, uelut ariſtis arua. Sic Virgilius,*

——————atraq; latè
Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus

Similiter Euripides dixit, λόχον πυκναῖσιν ἀσπίσι πεφρικότα. *Nec debet quiſquam mirari, ſi* ἀποστίλβοντες *cum* γύαι *coniũgatur. Talis enim Atticiſmus etiam apud alios reperitur, ut cum inquit Sophocles Trachiniis,* ἐν δὲ κοινὸς ἀρσένων ἴτω κλαγγά. *nec aliter dixit* χεῖρα βεβαίαν *Thucydides* α. *Si quis tamen malit legere* ἀποστίλβοντος, *non magnopere repugnabo.*

Perſonat.) *Quod in uiſu eſt imago, id in auditu eſt echo. Eleganter igitur* τὸ ἰνδάλλεται *à uiſu ad auditum tranſtulit Poeta. Alluſit deinde ad Homericum,* αὔσεν ἀυγῶν. *quod Ariſtophanes dixit* ἀνὰ ὀρανὸν κράζειν, *Veſpis.*

Aquila.) *Achilles Hectorem currui alligatum per caſtra raptans. Impreßã orbitam dicit per Epexegeſin. greſſum intellige de uehiculo.*

Confuſa.) *more exultantiũ. Scholiaſtes eo refert, quòd ſolus ſemper Achilles pugnabat. Carißimum dicit Hectorem, quẽ nõnulli faciũt Apollinis filium. is Ptous uocatur ex Latonæ pauore, quẽ illa dũ pareret Apollinem ſue conſpecta accepit. Alij montibus quibuſdam Thebanis hanc originem tribuunt. ſic enim Herodotus,* τοῦτο τὸ ἱερὸν (πτώου ἀπόλλωνος) καλέεται μὲν πτῶον, ἔστι δὲ θηβαίων. κέεται δ᾽ ὑπὲρ τῆς κωπαΐδος λίμνης, *&c. Stephanus montem ipſum à pauore denominatum uult, Pauſanias utramq; à Ptoo, Athamantis F.*

Accepto autem.) *Achilles enim Hectoris cadauer Troianis noluit reddere, priuſquã ipſi Priamus auri põdus æquilibre pro eo appẽderet,* ὅσον εἵλκυσε, τοσοῦτον καταθείς, *ut ait Diphilus. Similiter aũt Achilles, cũ in Apollinis Thymbræi templo ſub ſpecie cõtrahendi cũ Polyxena matrimonij cõprehẽſus, et à Paride trãsfixus eſſet, nõ ante Græcis fuit redditus, quã aurũ pro Hectore datũ (quod heic uocat Pactolilã aminã, ad arenas Pactoli aureas alludẽs) eodẽ põdere repẽderetur.* 21

Vrnam Bacchi.) *quā Bacchus Thetidi remunerationis ergò donauerat. in ea Achillis, Patrocli & Antilochi fuerunt ossa reposita.*

Nymphis.) *Musis. Homerus Odyß. ω.*

μοῦσαι δ' ἐννέα πᾶσαι, ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ
θρήνεον. ———————Calaber,
—— μοῦσαι δὲ θοῶς Ἑλικῶνα λιποῦσαι
ἤλυθον, ἄλγος ἄλαστον ἐνὶ στέρνοισιν ἔχουσαι,
ὀρνύμεναι τιμὴν ἑλικώπιδι νηρηΐνῃ.

Bephyrus est Macedoniæ fluuius, cuius meminit Archestratus apud Athenæum, cum ait, παρὰ χεῦμα βαφύρα. *Pausanias quoque Heliconem amnem, postquam infra terram abditus denuò se ostendit, tum Baphyram uocari tradit. Iam proximū carmē, si* λειβηθρίης *legas, ita uertes,*

Pimpleumq; tumulum supra Libethrum.

Vtrumq; enim, tum Libethrus, tum Pimplea, alijs fons est, alijs mons. Quin & urbs est Pausaniæ Libethra.

Cadauerum.) *Hectoris. sed & uiuos multos de Priami filijs uendiderat, ut conqueritur apud Homerum Priamus Iliad. χ. & Hecuba Iliad. ω.*

Etiam femineam.) *Cum enim sciret Thetis, filium suum, si ad Troiam nauigaret, ibi moriturum esse, clam illum ueste muliebri tectū ad Lycomedem in conclaue uirginum, ut lateret, abduxit: Statius Achilleide.*

Et ultimus.) *Quoniam in fatis Græcorum erat, ut is, qui primus in terra hostili posuißet pedem, primus in prælio moreretur (id quod Protesilao contigit) Achilles postremus è nauibus egreßus est.*

Etiam in somnis.) *ualde. contrarium est* οὐδ' ἐν ὀνείρῳ.

O Deus.) *Deplorat Hectoris mortem, qui non sine magno patriæ damno perierit.*

Cum classe.) *Hectorem Græcos persecutum, eorum naues combußisse, ex Homero notum est. Fugitiuus Iupiter apud Thessalos colitur,* διὰ τὴν τῶν κακῶν ἀπόφευξιν, *ut inquit Dio.*

Tunc nec fossa.) *Græci enim, cum sibi à Troianis metuerēt, fossas & muros castris suis prætenderant. Homerus Iliad. η.*

περὶ

—— ποτὶ δ' αὐτῶν τεῖχος ἔδειμαν,
πύργους ὑψηλοὺς, εἶλαρ νηῶντε καὶ αὐτῶν,
ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ἐνεποίεον εὖ ἀραρυίας,
ὄφρα δι' αὐτάων ἱππηλασίη ὁδὸς εἴη.
ἔκτοσθεν δὲ βαθεῖαν ἐπ' αὐτῷ τάφρον ὄρυξαν,
εὐρεῖαν, μεγάλην, ἐν δὲ σκόλοπας κατέπηξαν.

Tuæ.) *Hectorem fratrem alloquitur, qui Patroclum, Ascalaphũ, & alios Græcorum proceres occidit.* 23

Illam.) *qua tu ab Achille interficieris. Ista, inquit, erit maxima omnium calamitas, quæcunq; mihi ullo tempore contingent. Lunæ quidem facit mentionem, quòd ueteres tempus, quo utebantur menstruo, ad Lunæ motum referebant. & quod heic tempori, id apud Theocrit. χαρίτι cælo tribuitur.*

Catule.) *Apostrophe Cassandræ ad Troilum fratrem, quẽ cũ Achilles amaret, nec ab eo redamaretur, in Apollinis Thymbræi, qui erat uerus Troili pater, occidit. Alij, in his Calaber & Virgilius, in pugna superatum aiunt ab Achille Troilum. Epitaphium eius elegantissimum extat apud Theocritum, βωμοῦ nomine, quod cum à nemine ante intellectum fuisset, primus I. Auratus regius in Gallia linguæ Græcæ professor, diuino uir ingenio atq; eruditione singulari, dexterrimè, ut reliqua Theocriti omnia, & emendauit & exposuit. uide Nouas Lect. nostras.*

Draconem.) *Achillem. per arcuum illecebram, intellige arcum illecebræ, siue amorem Troili, quo captus Achilles erat. ἴυγξ enim pro illecebra sumitur. Ceterùm pro ὀστάγειον, lege ὄγ' ἄγριον.*

Non uulneratus.) *uulnere amoris. Achillem enim, qui te amabat, non redamabas.*

Hei mihi.) *Enumerantur deinceps quidam de familia regia, qui post captam Troiam miserrimè perierunt. Duæ lusciniæ sunt Cassandræ sorores duæ, Laodice & Polyxena. Canis dicitur Hecuba, quòd in canem conuersa fuerit.*

Vnam.) *Laodicen, quæ cum capta Troia & hostium uim timeret, et alioqui ob excidiũ patriæ (quod heic uocat cladẽ gemituũ, seu ge*

mendã)magno cruciaretur dolore,ultro ſe de rupe quadam præcipitē dedit. Eius ſepulchrum dudum poſt à Maximo quodam, Aſiæ prætore inſtauratum fuit,addito epigrammate,quod quia adhiſtoriam pertinet,ex epigramm. Græcis huc tranſſcribendum putaui:

τῇδέ ποτ' ἀντόρθιστον ἐδέξατο γαῖα χανοῦσα
λαοδίκην, δηΐων ὕβριν ἀλευομένην.
σῆμα δ' ἀμαλδύναντος ἀδωΐστοιο χρόνοιο,
μάξιμος ἔκδηλον θῆκ' ἀσίης ὕπατος,
καὶ κούρης χάλκειον ἐπεὶ τύπον ἐφράσατ' ἄλλῃ
κείμενον ἀκλειῶς, τῷδ' ἐπέθηκε κύκλῳ.

quæ nos ita conati ſumus uertere:

Laodicen quondam heic ſuſcepit terra dehiſcens,
Hoſtilem fugeret cum tremebunda manum.
Sed quod tempus edax conſumſerat uſq; ſepulcrum,
Splendorem huic prætor Maximus attribuit:
Quæq; alibi ſine honore puellæ ſtabat imago
Aerea,ſic tumulo deſuper impoſuit.

Vbi ſaltus aui.)Locum exprimit,ubi ſe præcipitauit Laodice: nempe iuxta ſaltum ſeu nemus aui ſui Trois, uel illi ſepulcrum, de quo Hom. ubi quõdam Cilla, quæ cum Priamo occultam aliquando conſuetudinem habuerat,ſimul cum filio necata eſt ipſius iuſſu,qui Aeſaci oraculum ſuper Hecubæ ſomnio (de quo ſuprà) de ipſis interpretabatur. Filius autem Cillæ quo nomine fuerit, non poteſt ex Lycophrone cognoſci.uerum Scholiaſtes ait Munippum fuiſſe uocatum, ac reprehendit etiam Lycophronem,quaſi Cillæ & Laodices hiſtorias confundat, utriq; tribuendo filium Munippum. Enimuero Laodices quidem filium uocat Munitum Lycophron, non Munippum, Cillæ autem filij nomen nuſquam, ut dixi, exprimit, ideoq; non rectè ſugillat eum Scholiaſtes.

Antequàm laticem mulgeret.) Puer enim, mox atq; editus in lucem fuit,ſublatus eſt unà cum matre, ſic ut nec lac maternum hauſire,nec corpus aqua lauare,ſeu nutrici lauandũ præbere potuerit.

Te.) Polyxenam, hæc enim ad Achillis tumulum mactata fuit ab

Iphidis

Iphidis leone, seu Neoptolemo, Iphigeniæ F. matris suæ sacra, quibus il la in Tauris hospites Græcos mactabat, imitante.

Quam.) *Iphigeniam nam ad illam hæc malim, quàm ad Polyxenam, referre, ratione sequentium.* ποιμανδρία *non est hòc loco nomẽ* 25 *gentile, ut putauit Scholiastes, nec nõ Stephanus, qui hoc nomine dicit olim nuncupatam Tanagram: sed uas quoddam sacrum, ad excipiendũ sanguinem, quod aliter* σφαγεῖον *uocatur. cuius me rei admonuit Iosephus Scaliger. ac simili cõpositione dicitur* γεράνδρυον *de ligno uetusto, apud Apoll. is* ποιμανδρίαν *porro dicit, quemadmodũ Virg. ult.*

In flammam iugulant pecudes.

Draco Diomedem, uel quemuis alium sacerdotem Græcum significat.

Candaonis.) *Si Candaon Boeotis Orionem sonat, & eius ensem habuit Diomedes: existimarim legendum* τριπάτρου. *notum est enim, Orioni tres fuisse patres. Candaon tamen infrà, duobus locis, de Marte dicitur.*

Lupis.) *Græcis, qui hoc nomine etiam in Iphig. Taurica insigniũtur. Vocat autem hoc iusiurandum* πρωτόσφακτον, *quod in eo iciendo uictima humana primum fuerit adhibita: quæ quidem in priore iureiurando, quod in Tyndari domo conceptum fuisse antè diximus, omissa fuerat. aliter enim non uideo, quomodo sensus Poetæ constare possit. nec placet Scholiastis interpretatio, quæ relationis uocabulum ad qualitatem detorquet, ut logicè loquar. Aeschylus hoc sacrificium* προτέλεια ναῶν *dixit, id est* ἀπαρχὰς καὶ προτέλεια. *qua quidem ratione posset etiam heic, ut* προτέλειον *de præda, ita* πρωτόσφακτον *de sacrificio dictum uideri.*

Vetulam.) *Hecubam. quæ cum in Thraciam captiua esset abducta, ibiq; præ nimio dolore atrocius Græcis conuiciaretur, lapidata fuit. & quia Græcos perpetuis conuicijs quasi allatrabat, finxerunt eã post mortẽ in canẽ mutatã. uide Ouid. Plautus quoq; Menæchmis:*

Omnia mala ingerebat, quemquem aspexerat,
Itaq; adeo iure cœpta est appellari canis.

Mæræ f. c. permutaris) *in canem mutata fueris. Mæra mulier quia in canem olim fuit mutata, teste Ouid.*

Et quos Mæra nouo latratu terruit agros:
hinc pro cane ponitur.

Ille.) *Priamus. is ad* Iouis Hercei *aram domi suæ confugiēs, à* Neoptolemo *trucidatus est.* Agamemnonis *nomen* Ioui *tribuitur, quòd, ut uult* Eustathius,*sicut* Agamemnon εὐρυκρείων,*sic* Iupiter εὐρυμέδων *dicatur. quæ duo epitheta cum idem significent, inde fieri, ut propriū* Agamemnonis *nomen* Ioui *pro adiecto tribuatur,sicut* Antenoris *nomen apud* Aeschylum *de mortuorum reliquijs usurpatur. Alij putant* Agamemnonem *ea de causa* Iouem *dici, quòd, cum* Iupiter *sit æther,* Agamemnon *quoque æther dicatur. Colebatur autem hic* Iupiter *Spartæ.*

Qui flammeo.) *Cum* Hesione *post captam ab* Hercule Troiam *captiua cum fratre abduceretur,redemtum flammeo suo* Troiam *eum remisit:unde is* Priamus *dictus est,cum antè* Podarces *uocaretur.* Lucianus Tragopodagra,

πρίαμος ποδάρκης, ποδαγρὸς ὢν, ἐκλήζετο.

Sed hæc quia fabulosa sunt, adferam Diodori Siculi *hac de re uerba, quæ mihi uero magis consentanea uidentur.* ἡρακλῆς τὴν πόλιν ἑλὼν, πριάμῳ τὴν βασιλείαν ἀπέδωκε τῶν ἰλιέων, διὰ τὴν δικαιοσύνην. οὗτος γὰρ μόνος τῶν υἱῶν τοῦ λαομέδοντος ἐναντιούμενος τῷ πατρὶ, τοὺς ἵππους συνεβούλευεν ἀποδοῦναι τῷ ἡρακλεῖ κατὰ τὰς ἐπαγγελίας. Nec *desunt, qui* Priamum *ab* Hercule *ipso à uicinis hostibus redemtum, in regno paterno collocatum asserant.*

Chelydrus.)*serpens aquatilis,quo nomine heic* Antenorem *insigniuit,qui secundum quosdam* Troiam Græcis *prodidit.quæ quidem opinio inde putatur orta,quòd,ut ait ille,suaderet belli præcidere causas,& pacis autor esset:tum etiam,quia capta* Troia*, ipsi ab hostibus parcitum fuit.*Facem *dicit eam,quam lucebat* Græcis *ex equo descendentibus* Sinon*.* Grauidus *dicitur equus* Durateus*, quem* Græcorum *fortissimi quiq; conscenderant.*

Sisyphiæ uulpeculæ.)*Vlyssis astuti,qui è* Sisypho *natus est,ut uolunt nonnulli, & exprobrat ei apud* Sophoclē Philoctetes.*eius consobrinus erat* Sinon (*de quo* Virg.) *natus ex* Aesimo *fratre* Anticleæ,

quæ

quæ fuit Vlyßis mater. Leucophrys insula postea Tenedus est à Teno rege dicta, ut suprà docuimus.

Insulas duas.) *Calydnas, iuxta Tenedum sitas: è quibus egreßi serpentes, filios Laocoontis interemerunt. historiam habet Virgilius.*

Nuptijs.) *Apollinis: de quibus, ut & de carcere Cassandræ, diximus aliquid in Prolegomenis. Cenaculis carere se dicit, quoniam turris ipsius habebat pyramidis figuram. Genitalis, Ptous, & Horarius dicitur Apollo: Genitalis quidem seu Genitor, cuius ara fuit in Delo: & Horarius, quòd sol motu suo tum producat omnia, tum anni tempora distinguat: Ptoi uerò rationem antè reddidimus.*

Innuptæ.) *quæ & ἀειπάρθενος idcirco uocatur, ac proprio παρθένου cognomine Athenis colebatur. eadem & Laphria dicta est à Calydonijs & Messenijs, à Laphrio quodam erecta, teste Pausan. & Ianitrix, quòd in ædium foribus, & oppidorum portis ponebatur.* 27

Raptabor.) *ab Aiace, Coniunguntur heic οἰνὰς & φάσσα, quomodo suprà τριόρχης & αἰετός. Budea dicitur Pallas à ciuitate quadam Thessaliæ uel Phrygiæ. eadem & Fulicæ cognomento coli solita est, quòd in mergum fuerit olim conuersa (ut Odyss. ε.) teste Hesychio.*

Domus.) *templi sui, ex quo etiam abreptam Cassandram, non è carcere, sunt qui uelint. Propertius:*

> Victor Oilide, rape nunc & dilige uatem,
> Quam uetat auelli ueste Minerua sua.

Consentit & Virgilius. Huc etiam pertinet, quod inquit Strabo, Mineruam se, cum stuprabatur Cassandra, totam auertisse. Exercitum, intellige Græcorum.

E cælo.) *Palladiū enim Ilo regi, signū postulāti cælitùs demissum fertur. uide Apollodorum. Idem Ilus, cum Palladium hoc quodam tempore è templo igne correpto uellet auferre, repētè excæcatus fuit, narrante Plutarcho.*

Vnius.) *Aiacis. Virgilius:*

> Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei.

Minerua etenim propter Aiacis stuprum Græcis, quibus antea faue-

rat, irata, tempestates & procellas horrendas redeuntibus immisit.

Cum pallas usto uertit iram ab Ilio
In impiam Aiacis ratem: *Horatius.*

Mos est.) *Solet enim peregrè mortuorum crematorumq; cinis, in urnis conditus, domum referri. Expreßit autem* Homericum *illud,*

—— ἥτις δίκη ἐςὶ θανόντων.

O'Ophelta.) *Alloquitur loca, et rupes eas, in quib. Græci naufragium fecerunt. Sunt autem omnes* Eubocæ *montes, nisi quòd* Trychas *urbem* Stephanus *uult esse, quam* Lycophron *per* Metaplasmum Trychanta *appellarit.* Phorcus *deus est marinus.*

Refluis.) *Scaliger* παλιῤῥοίβδοισιν *hoc loco legit. ego potius* δίναις παλιῤῥείαισιν *ita dictum à Poeta credo, ut* πότμον φθόγον *postea dicet, &* Homerus νῆα πρύμνην *usurpat.*

Thunnos.) *Græcos naufragos. Gustabit, siue feriet: qua figura dicũtur apud* Hom. *antagonistæ* γεύεσθαι ἀλλήλων. *Virg. tangẽdi sensu uti maluit,* Fulminis afflauit uentis, & contigit igni.

Noxius.) *Nauplius. is cum filium suum,* Palamedem, *à Græcis in*
29 *teremtum cognouisset, omnibus eos modis ulcisci conatus est, adeò ut & principum uxores in adulterium per certos homines pelliceret, & Græcis redeuntibus lucernam de* Caphareo *monte suspenderet, ad quã illi tanquàm ad portum aut stationem nauigantes, facerent omnes naufragium.* Propertius,

Nauplius ultores sub noctem porrigit ignes,
Et natat exuuijs Græcia pressa suis.

Quod additur de crapula, sumtum est ex Homeri *uersu,*

οἱ δ' ἦλθον οἴνῳ βεβαρηότες υἷες ἀχαιῶν.

Illum sanè.) *Ab hoc loco catalogum texit Græcorum, qui partim naufragio perierint, partim uarijs erroribus longo tempore circumacti fuerint. Primo loco ponitur* Aiax, *qui inter* Myconum & Tenum, *Aegæi maris insulas, naufragium ad scopulos fecit. Ad* Gyras *deinde, seu* Gyrades *petras fuit eiectus.* Homerus,

γυρῇσι μὲν πρῶτα ποσειδάων ἐπέλασεν.

Iactatum.) *Hoc pereleganter* Euripides Hecuba *exp[...]sit,*

πολλοῖς

πολλοῖς διαύλοις κυμάτων φορούμενος.

ac uocat δίαυλον hic, quod alij παλίρροιαν.

Alteram t. salsuginem) iterum cadet in mare. Verbo trahendi etiam Horatius in hac notione est usus,

> Pocula Lethæos ut si ducentia somnos
> Arente fauce traxerim.

Neptunum uocat mercenarium, quòd mœnia Troiana mercede conductus extruxerit. Cuculum deinde appellat Aiacem, quoniā erat garrulus & maledicus. nam, ut Homerus inquit,

> φῦ ῥ' ἀέκητι θεῶν φυγέειν μέγα λαῖτμα θαλάσσης.

Delphini.) Aiacis, more delphini, de quo uidendus Oppianus, in litus expositi. alij delphinum heic de Sole dici malūt. Sirius deinde pro Sole capitur, ut & apud Archilochum citante Suida,

> πολλοὺς μὲν αὐτῶν σείριος καθαυανεῖ.

& apud Hesiodum initio secundi, secundum quosdam.

Neseæ.) Nereidis apud Homerum, Hesiodum, & Virgilium. eius soror est Thetis. Lapidem dicit Iouem, pro quo lapis fuit Saturno propositus deuorādus. idem Cynæthei nomine in Arcadiæ urbe, Cynætha colitur, teste Strabone. Quin etiam in Olympia signum Iouis Cynæthaenses posuerūt, autore Pausan. Iouis porro adiutrix fuit Thetis, cū eum reliqui dij ligare uellent. nota est fabula.

Tremens.) Quoniam iuxta Delum Aiax in litore sepultus fuit, factum est ut aqua maris altior, Aiacis etiam sepulcrum subinde inundaret, ita ut illud sub aquis quasi tremere & fluctuare uideretur. similiter dixit Horat. trementes uerbere ripas. Dicitur quoque poeticè sepulcrum cauere maris strepitum & fluctum, quasi metuat undas alludentes, quemadmodum coutrà turris alta, nec inundationibus obnoxia dicitur à poetis interrita fluctibus. Quod enim de Tremonte ait Scholiastes, minus placet. nostram quidem sententiam adiuuant uerba Pausaniæ qui in Atticis de quodam audisse se refert, ὃς τοῦ τάφου τὰ πρὸς αἰγιαλὸν ἔφασκεν ἐπικλύσαι τὴν θάλασσαν, καὶ τὴν ἔσοδον πρὸς τὸ μνῆμα οὐ χαλεπὴν ποιῆσαι. Iam coturnicem alatam intellige Delum. Asteria enim, seu Latona, seu Latonæ soror, in coturnicem

commutata,

commutata, facta pòst est insula Ortygia, quæ deinde Delus fuit. uide Callimachum & Athenæum.

Castniam.) Venerem hanc καστνιῆτιν appellauit Callimachus citante Strab. Nominis origo uidetur à Castnio, Pamphyliæ monte dicta, cuius ἐθνικὰ sunt, autore Stephano, κάστνιος et καστνιήτης. Scholiastis quidem commentum nimis est ineptum. Melinæa dicitur Venus à Melina, urbe Argiua.

Oestri.) amoris, quo percitus, Cassandram compreßit. Sequens in Poeta dicendi figura similē habet apud Musæum uersu uenustißimo:

μοιράων ἀνέφαινε καὶ οὐκέτι λαλὸν ὀρφνῶν.

Euripides quoq; eodem, quo Lycophron, sensu dixit, γάμος οὐ γάμος, ἀλλ' ἀλάστορός τις οἰζύς.

Omnis.) terra siue Græcia, quæ tota ferè Aratho Dotioq; comprehenditur. Arathus, est Epiri fluuius: Dotium, Olympi promontorium.

Quibus.) Græciæ incolis. transitum facit à terra ad homines, more poetis familiari.

31 Vnum.) Phœnicem, qui in Eone, urbe Thraciæ, ad Strymonem sita (unde uocatur ab historicis ἠϊὼν ἡ ἐπὶ στρυμόνι, uel αἰγιαλὸς παρὰ τῷ στρυμόνι) sepultus fuit. Absinthij, Bistones, Edoni, Thraciæ sunt populi. Nutricius uocatur, quòd Achillem educauerit, ut ipse longa oratione narrat Iliad. decimo.

Collem.) patrium, Trachine. Phœnicis pater fuit Amyntor, qui illum cum pellice deprehensum uisu priuauit, sanatum post à Chirone.

Cercaphi.) qui mons est Colophonis, cuius & fluuius est Alens uel Ales. Lari cognomen senectuti tribuitur.

Primum.) Calchantem. is enim cum post Ilium captum uenisset Colophonem, quæsiuit è Mopso uate, quot grossos ficus quædam haberet. respondet ille, decies mille, modium, et unam. id quod ità se habere compertū est. Tum uicißim ex Calchante Mopsus de sue quadam quæsiuit, quot illa porcellos ferret. ad quā quæstionem cū non posset Calchas respondere, posset uerò Mopsus, Calchas ex oraculo perijt, quo fuerat illi mors indicta, cum primum in uatem se præstantiorem incidisset

dissct de genere mortis infrà dicetur. Molossus, Cypeus, Cubicularis uocatur Apollo: Molossus à Molossis, Cypeus, quòd solis calor instar uestis(id enim ualet κυπάς)nos tegat et foueat:Cubicularis, quòd rerũ ortui præsit, unde & Genitor quibusdam dictus est. cygnũ deniq; pro uate ponit.

Aemulum.) *Mopsum, quem tamen Clemens Calchante facit longè antiquiorem, ut Argonautam. uerum Scholiastes duos ponit Mopsos, alterum Apollinis F. uatem: alterum Ampyci F. Argonautam.*

Alterum.) *Idomeneum, quartum à Ioue. Minos enim, pater Deucalionis, qui genuit Idomeneũ, filius fuit Iouis. Erechtheus Iupiter Athenis & in Arcadia colitur. Neq; pugnat heic Lycophron cũ Homero, apud quem Idomeneus in Cretam rediisse dicitur. nam rediit quidem, sed mox è regno fuit expulsus, ut infrà dicetur, & Colophonem uenit.*

Aethonis germanum.) *Vlysses cum Ithacam tandem rediisset, nec agnosci primum uellet, Cretensem se finxit, & Aethonem uocari: fratrem autem habere Idomeneum. sic enim ait Odyß. τ.*

> *Δευκαλίων δέ μ' ἔτικτε, καὶ ἰδομενῆα ἄνακτα.* & paulo pòst,
>
> ———— *ἐμοὶ δ' ὄνομα κλυτὸν αἴθων*
>
> *ὁπλότερος γενεῇ, ὁ δ' ἄρα πρότερος καὶ ἀρείων.*

Quin & apud Mineruam atque Eumæum, Cretensem patriam sibi ascíscit.

Tertium.) *Sthenelum, Capanei F. is cum uel inuito Ioue in urbẽ Thebanam se irrupturum iactasset, fulmine est interemtus. uide Aeschylum & Euripidem. Ceterùm Thebas dicitur subruisse, quomodo Melampus apud Propert. narratur,*

Cognitus Iphicli subripuisse boues:

id est, subripere uoluisse. Ecteni populi primi Thebis habitarunt, teste Pausan. cuius hæc sunt in Bœoticis uerba: γῆν δὲ τὴν θηβαΐδα οἰκῆσαι πρῶτον λέγουσιν ἔκτηνας. βασιλέα δὲ εἶναι τῶν ἐκτήνων ὤγυγον ἄνδρα αὐτόχθονα. ἐποικίσασθαι δὲ μετὰ τοὺς ἔκτηνας εἰς τὴν χώραν ὕαντας καὶ ἄονας. Nonnus quoq; quinto Dionys. ἐκτήνων προμάχους uocat principes Thebanos. Quis igitur non admiretur hoc loco Scho-

liastis & aliorum ineptias, qui à bestijs etymon uocabuli repetunt. Gongylates dicitur Iupiter à torquendis fulminibus, & βελλάος, ut apud Hom. ἀντιτες. *eius simulacrum erat Athenis in curia Duirum. Pistor Iupiter ex Ouidio notus est. Germanos dicit Eteoclem & Polynicem. Noctis filiæ intelliguntur Furiæ.*

Duo.)*Mopsus & Amphilochus, qui cum in Ciliciam simul uenissent, Amphilochus, quia uolebat Argos secedere, tradidit Mopso sacerdotium suum in annum seruandum: quo elapso, cum nollet Mopsus depositum reddere, uentū est ad arma, seq; mutuò interfecerunt. Alij hanc pugnam è disceptatione de artis peritia, ortā uolunt. Vates hos uocat Apollinis canes, seu satellites. Apollo enim Deranus siue Abderitanus ab incolis Abderæ colitur.*

Pyrami.)*fluuij Ciliciæ. Pamphyli filia uocabatur Megarsus, à qua deinde arx, siue urbs editior nomen sumsit, ut à patre Pamphylia. Sacra uocat sepulcra, quòd in illis uates, gens sacra, essent conditi.*

33 Spheceam Cerastiam.)*Cyprum, quæ olim Sphecea ab incolis, qui* σφῆκες *uocabantur, dicta fuit. Cerastia quoq; est appellata, quòd haberet multa cornua, id est, mōtes et colles. Satrachus Cypri urbs est. Siluanus Apollo in Hyle, Cypri urbe ac silua, & in Tembro oppido, atq; Amamasso colebatur. Venus deinde Morpho uocatur, & Zerinthia: Morpho, quòd formæ præsit, & pulcritudini: Zerinthia à Zerintho, Thraciæ antro & urbe. Morphonis templum in Laconicis prodidit Pausanias.*

Primus.)*Teucer. is cum in patriam redijsset, à patre Telamone fuit repulsus, quòd Aiacem fratrem nec moriturum adiuuisset, nec mortuum ultus esset. Salamine igitur fugatus, in Cyprum uenit, ubi nouam condidit Salamina, ut elegāter ab Horatio describitur. Dido quoque apud Virg. sic de Teucro,*

Atq; equidem Teucrum memini Sidona uenire,
Finibus expulsum patrijs, noua regna petentem
Auxilio Beli. genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum, & uictor ditione tenebat.

Itaq; quod ait Seruius, Teucrum totam Cyprum occupasse, falsum uidetur. Antrum Cychrei dicit Salaminem, cui Cychreus uel Cenchreus olim imperauit, occiso dracone (quanquàm alij Cychreum ipsum serpentē fuisse uelint) unde & Cychrea dicta fuit, si Eustathio credimus. Bocarus etiam Salaminius est fluuius, de quo Strabo.

Meus cognatus.) erat enim filius Hesionæ, quæ fuit Priami soror, ac Telamoni, capta ab Hercule Troia, pro præmio donata, quòd muros primus conscenderat. Patrium pullum dicit Aiacem Telamonium, quoniam ex eodem, quo Teucer patre, sed matre alia natus erat. Cognatos intelligit Troianos, quorum plurimos Teucer telis transfixit, ut est apud Homerum uidere.

Qui rabiem.) Notus est Aiacis furor ex Sophocle, Ouidio, alijs. Leonem dicit Nemeæum, cuius pellem Aiaci dederat Hercules. Corytum uocat Scythicum, quòd cum à Teutaro Scytha Hercules primum acceperat, ut antè dictum est. is Herculi tegebat latus, ut Aiaci clypeus.

Quando Comyroni.) Cum Telamon quodam tempore pro liberis Ioui sacra faceret, Hercules casu illac transiens, hospitioq; exceptus, sacris interfuit, puerumq; Aiacem, quem brachijs gestabat, leonina sua donauit, simul precatus Iouem patrem, ut infantem redderet inuulnerabilem. quod eius uotum aquilæ præteruolantis omine comprobatum fuit, & inde puer Aiax dictus putatur. Meminit fabulæ Pindarus Isthm. 6. Comyro Iouis est apud Halicarnassenses cognomen. Pro ἀέτυ lego ἄτυ, uel αἰέτυ, una duntaxat mutata litera.

Patri.) Telamoni. Lemniū fulmen uocat Aiacem bellicosum, quòd Lemnij, secundum nonnullos, primi armorum fabricam inuenerint. Hospitem dicit Hectorem, à quo Aiax gladium dono accepit, reddito illi baltheo, ut Homerus tradit.

Trambeli fratrem.) Teucrum, quem postquàm ex Telamone genuerat Hesiona, & rursum deinde grauida fuit facta, Miletum aufugit, ubi Trambelum peperit, qui postea Lelegum rex fuit, ut uult Athenæus. Sororem patris, Priami, dicit Hesionam, quam Telamon ab Hercule præmium accepit, ut diximus.

Quam aliquando.)*Cum cetus à Neptuno immissus(de quo initio libri dictum est) humanis corporibus alēdus esset, ideoq; forte quotidie ducerentur è Troianis, quos obijcerēt ceto, cecidisset autem sors tandem in Phœnodamantem: ille cum nollet filias suas ceto exponi, habita concione persuasit populo, ut Hesiona, filia Priami, propter cuius periurium cetus esset immissus, deuoranda belluæ proponeretur. quod cum factum esset, seruata tamen fuit ab Hercule puella. Pipo est auis marina, cui confert Hesionam, ut Herculem scorpio. Partum uocat Herculem, qui è ceti mortui uentre exijt, ut antè expositum est.*

35. Secundus.)*Agapenor. Versum proximum, qui hactenus priorem locum occupauit, transposuimus, ita re exigente. qualem loci mutationem etiam infrà necessariò duobus in uersibus faciendam fuisse, apertè illic ostendemus.*

Tertigena conuiua.) *Sequentes quatuor uersus patriam Agapenoris, Arcadiam, longa periphrasi explicant. Vocatur enim primū terrigena, siue αὐτόχθων, propter Arcadum uetustatem: conuiua deinde nepotum quercus, seu Arcadum, quoniā ex Hamadryade nympha, cum qua cubuit Arcas, nati sunt Arcades. Dicitur autem propriè αὐτόδαιτος, seu αὐτόδειπνος, siue etiam αὐτόσιτος is conuiua, qui symbolā suam secum defert, itaq; de suo cenat. quale quidem conuiuium uocabant antiqui σύνδειπνον: & ἔρανον: alia uerò εἰλαπίνας, quas Martialis rectas cenas nuncupat. Eosdem porrò Arcades uocat etiam lupiformes, quòd olim se transformare, stagno quodam traiecto, soliti sint, teste Plinio: nisi quis malit hoc ad Lycaonem referre. Nyctimi sectores deinde uocantur ob Lycaonem, qui Nyctimi filij carnem Ioui hospiti apposuit. Arcades deniq; glandibus uictitasse, & Luna se antiquiores dicere solitos, unde βαλανηφάγοι & προσέληνοι sint appellati, notius est, quàm ut referri debeat. Pater Agapenoris fuit Ancæus, qui ab apro Calydonio, ex Oeta in Aetoliam ingreßo fuit interemtus. Agapenorem deniq;, cum in Cyprum uenißet, Paphum condidiße, & in ea Veneris templum: testatur etiam in Arcadicis Pausanias.*

Multa inter labrum.)*Adagium est, de quo Erasmus. Ceterum nulla nos urget neceßitas, ut putemus adagij originem huic Ancæo à*

Lycophrone

Lycophrone tribui, quamuis id existimet Scholiastes: quandoquidem multi possunt eiusdem rei dictiq; ueritatem euentu suo comprobare.

Setosa bestia.) *στόρθυγξ ut acuta omnia, quemadmodum & στόνυξ, ita etiam setam, quæ heic pro bestia setosa ponitur, significat. Interfecturum intelligo Ancæum, qui cum apro congressus erat. Scholiastis enim argutia nimis uidetur hoc loco uiolenta.*

Tertius.) *Acamas, F. Thesei, qui gigantis Aegei arma abstulit. uide Plutarch. Theseo.*

Cuius olim.) *nempe cum Acamas legationem apud Troianos de Helena reddenda obiret. Tunc enim Laodice, amore capta, furtim cũ ipso concubuit, & postea Munitum peperit.*

Viua descendens.) *Eodem sensu suprà dixit, ipsam de rupe se præcipitasse, conspecto patriæ excidio. Scholiastes heic nimis audacter Poetam reprehendit, ipse meritò grauiter increpãdus, qui doctissimi poetæ doctißima carmina, quæ non intelligit, traducat. Non enim sic ait Lycophron, Laodicen in Thracia mortuam esse, postquam filiũ suum perijsse cognouit: sed ita, Laodicen, quæ fuit Muniti mater, præ nimio dolore ex incendio Troiæ uiuam se præcipitem dedisse: nec est horum uerborum ista syntaxis, Matrem tabefactam lacrymis Muniti mortuam esse, ut putauit Scholiastes: sed ista, Matrem Muniti uiuã perijsse, idq; lacrymis tabefactam. Hanc interpretationem nostram facilè defendet Calaber, cuius hi sunt uersus extremo lib. 12.*

> κὰι τότε πȣ πριάμοιο πολυκλήιστοιο θύγατρα
> λαοδίκην σὐέπουσιν ἐς αἰθέρα χεῖρας ὀρέξαι
> εὐχομένην μακάρεσσιν ἀτειρέσιν, ὄφρα ἑ γαῖα
> ἀμφιχάνῃ, πρὶν χεῖρα βαλεῖν ἐπὶ δούλια ἔργα.
> τῆς δ' ἐθεῶν τις ἄκουσε, κὰι αὐτίκα γαῖαν ἔνερθε
> ῥῆξεν ἀπειρεσίην. ————

Iam quoniã in Poeta utcunq; intricatus est priorum uerborum ordo, pro ἢ ζῶσα posset alicui ἵζουσα cum Aurato legendum uideri. qua de re iudicet eruditus lector. Euripides quidem extrema Ione sic loquitur εἰς θρόνους ἵζου παλαιούς. alioqui ita καταιβάτις. erit sumendum, ut infrà ἀμφυγίαν ponitur.

Quem aliquando.) *Munitus ab Acamante (secundum alios, Demophoonte) patre Miletũ reductus ut fuit, in uenatione perijt. Acamantem tamen in Phrygiam, capta Troia, aberrasse, ibiq; Synnada oppidum extruxisse, sunt qui tradãt. At Demophoon Aepeam urbem in Cypro condidit, quam postea Philocyprus rex à Solone Solos uocauit.*

Quando.) *Cum, inquit, Aethra, Acamantis auia (fuit enim Thesei mater) Munitum patri Acamanti tradet. Aethræ namq; Laodice filiũ suum dederat educandum. In tenebris nutritum puerum dicit, quem aliter σκοτανὴρ & παρθένιον Græci uocant.*

Cui soli.) *Cũ Theseus Helenã rapuisset, apud Aethrã matrẽ Athenis (secundũ alios, Aphidnis) deposuit. Dioscuri deinde cum ob Helenam repetendam Athenas expugnassent, Aethram solam, raptoris matrem, unà cum Helena captiuam abduxerunt, sororis raptum hac ratione ulti. Postea, cum secundo rapta est à Paride Helena, secuta est ultro Aethra, & ita demum, excisa Troia, cum Acamante in Græciam redijt.*

17 Quorum caput.) *Quoniam ex ouo nati erant Dioscuri, ad eius rei memoriam galea utebantur, quæ dimidiati oui figuram haberet.*

Reliqua porrò.) *Dioscuri enim, ut cœpimus dicere, captis Athenis, Helenam solam cum Aethra abduxerunt, reliquis Atheniensium ædibus intactis relictis. Vermiculatũ sigillũ usurpat, quia ueteres olim lignis uermiculatis & à uermibus exesis utebantur pro sigillis.*

Id quod.) *Athenięses cõspecta Dioscurorũ æquitate, qui solos sontes puniuissent, eos admirati sunt, & inter deos retulerũt, ἄνακας dictos, ipsisq; ferias ἀνάκεια instituerunt. Vocantur aũt Dioscuri tũ semidei, quòd alternis dieb. cælo fruantur: tum Lapersij à Lapersa oppido, teste Didymo. Quod enim ait Stephanus, Lapersam à Dioscuris nomẽ duxisse, nòn fit mihi uerisimile.*

Bis.) *à Theseo primùm, deinde à Paride. Si legas δυσαρπάγῳ, id infeliciter raptam sonabit. Crex est auis marina, nuptijs infausta. quare conuenit hoc nomen Helenæ. Bebryces olim Phrygiam habitarunt, Bebryciam à se denominatam.*

Fortiores) *huc ueniant, subaudi ἀπὸ κοινοῦ. Intelligit autẽ Aphareï*

rei filios, Idam & Lynceum: quos cum ait à Marte & Bellona amari, bellicosos esse innuit. Tritonia dicitur Minerua, quòd è Iouis capite nata sit. nam ex τριτογενῆ factum est à Poeta per Syncopen τριγενῆντος. Colitur & Iugæ nomine à Boeotis, quòd arationis autor fuerit: eãdemq́; puto esse, quam Panyasis uocauit ζυγίαν, citante Clemente, nisi hoc potius ad coniugij rationem pertineat. Longatis dicitur à loco quodam Boeotiæ: nisi potius λογχᾶτις, ut rectè quidam uidentur sentire, legendum sit, ut ab hasta denominetur. Homolois denique Minerua colitur à Thebanis, apud quos erant portæ Homoloides, in quib. Mineruæ Homoloidis statuam fuisse collocatam coniicio. Homoloides autem ab Homole Thessaliæ urbe, qua capta, per has portas in patriam rediêre Thebani, nominatæ sunt. testis Pausanias.

Gemini.) Neptunus et Apollo, qui muros Troianos extruxerũt. Apollo quidem Drymius Milesijs colitur, Neptunus uerò Prophantus Thurijs, qui & Cromnæ rex dicitur, quæ est urbs in Paphlagonia, aliter Amastris, & alia in Peloponneso. Regem periurum uocat Laomedontem, qui equos Herculi sanctè promissos abnegauit.

Ad sustinendam.) Malim στέξαι, quàm στρέξαι. nã sic Aeschylus,

πύργον στέγειν εὔχεσθε πολεμίων δόρυ.

Canastræum dicit Thracem. sed addit indigenam, ut intelligatur Canastræus per similitudinem tantum Hector uocari. Pecorum uastatorẽ uocat Protesilaum, qui primus è nauibus ad agrum Troianum populandum egressus, primus ab Hectore trucidatus est.

Cuius.) Hectoris. Accipiter est Protesilaus. Græcorum porrò nomen antiquius esse, quàm ἑλλήνων, nemini mirum debet uideri. nam et γραῖκας dixerunt Alcman & Sophocles Græcorum matres. ac dicti sunt Græci à Græco, Thessali F.

Cherronesi.) in Thracia. Cornu uocauit promontorium, propter formæ similitudinem. Herodotus Calliope: οἱ ἐλεοῦντι τῆς χερσονήσου ἐστὶ πρωτεσίλεω τάφος καὶ τέμενος περὶ αὐτόν. χερσαῖον autem pro χερσόνησον uel χερρόνησον dixit, quemadmodũ χέρσινον Apollonius.

Sed est.) Confirmat se tandem Cassandra spe certa uenturi ab Ioue auxilij, is à Pamphylis Drymius uocatur, à Thurijs

Proman-

Promantheus,à Chijs Aethiops & Gyrapsius.

39 Erronem.)*Paridem. Vastatoris cognomen heic aquilæ tribuitur. quare licebat etiam sic uertere,*

Noxiam aquilam acceperint.

Postquam igitur,inquit,Paris hospitio acceptus à Menelao (itaq; etiã à Dioscuris & Apharidis ut Menelai cognatis)Helenam rapuerit, tũ deinde grauis inter Dioscuros & Apharidas excitabitur contentio.

Passuri.)*quia mutuis perituri cædibus,ut mox dicetur.*

Morosum.)*nec boni consulentem illorum sacrificia. Cragus Iupiter in Lycia colebatur, ubi Strabo montem Cragum ponit. Horatius,*

——aut Erymanthi
Siluis aut uiridis Cragi.

Iurgium.)*inde ortũ,quia Dioscuri filias Leucippi Apharidis de sponsas,sibi rapuerãt,nõ datis de more socero sponsalibus donis.quod cum illis exprobrassent Apharidæ,ipsi boues Apharei clã ablatos ad Leucippũ loco sponsalium attulerunt.Hac re cognita Apharidæ prœlium cum Dioscuris iniuêre,nolentes raptoribus consobrinas nubere. Alias contentionis huius causas habet Apollodorus.*

Consobrini.)*Apharidæ cum Dioscuris. Erant enim Tyndarus, Aphareus & Leucippus, tres fratres. Sobrinas dicit Leucippi filias duas,Phœben & Ilairam.Cognatos intellige Dioscuros.*

Cnecei.)*Laconiæ fluuij,ad quem pugna commissa. Pheræos nominat Laconas,quamuis Pheræ sit Arcadiæ ciuitas. nã ex Arcadia profecti primum dicuntur Lacones.*

Alter quidem.)*Idas.is enim Castorem cum Lynceo pugnantem occidit,feriens quercus truncũ,quem ille sibi pro clypeo prætendebat. erat enim* δρυὸς ἐν στελέχει ἥμενον*,ut canit Pindarus.*

Alter autem.) *Pollux,qui Lynceũ posternit. Pollucem deinde Idas ictu secundo (nam primo Castorem petierat)aggreditur, arrepta de uicino patris tumulo columna. siquidem Amyclæum sepulcrũ heic pro Laconico sumitur.erat autem Aphareus natione Lacon.*

Columnam.)*Elegantissimè Pindarus:*

ἔνθεν

ὅθεν ἀρπάξαντες ἄγαλ-
μ' ἀΐδα, ξεστὸν πέτρον,
ἔμβαλον στέρνῳ πολυδεύ-
κεος, ἀλλ' οὔ νιν φλάσαν.

quos uersus ita ludibundi exprimebamus,

Vnde correptum decus in-
ferium, leuem petram,
pectus in Pollucis age-
re, tamen citra malum.

Theocritus quoq; Dioscuris non minus uenustè,

ἦ γὰρ ὅγε στάλαν ἀφαρηΐαν ἐξανέχουσαν
τύμβῳ ἀναρρήξας ταχέως μιοσχύιος Ἴδας,
μέλλε κασιγνήτοιο βαλεῖν σφετέροιο φονῆα.
ἀλλὰ Ζεὺς ἐπάμυνε, χερῶν δέ οἱ ἔκβαλε τυκτὰν
μάρμαρον, αὐτὸν δὲ φλογέῳ συνέφλεξε κεραυνῷ.

Reliquam pugnæ seriem, non omnino cum nostra conuenientem, apud illum, qui uolet, uideat.

Simul autem.) *Iupiter conspecta Idæ impietate, qui paternum sepulcrum uiolaret, fulmine ipsum unà cum fratre percußit, Polluce interim ferro rem agente. is enim superstes remanserat.*

Vnius.) *Idæ, qui cum Apolline de Marpessa, Eueni F. sagittis contendit, idq; uictoria dubia. Propert.*

Non Idæ & cupido quondã discordia Phœbo
Eueni patrijs filia littoribus.

Sciastes Apollo ab Arcadibus (est enim Scias Arcadiæ regio) Orchieus à Laconib. colitur, Telphusius à Bœotis. quanquã heic τιλφούσιος *malim secundum Pausan. legere. illud etenim etiam Arcadibus conue-* 41
nit, ut infrà dicetur.

Hos quidem.) *Apharidas.* illos *Dioscuros, qui alternis dieb. in cælo, ut notum est, uersantur.*

Aliorum.) *Græcorum, qui magno numero ad Troiam ueniẽt. Rhœonis filius fuit Anius, rex Deli, qui Græcos ad insulã suam appellentes detinere uoluit, donec Troiæ capiendæ tẽpus à dijs præstitutũ, quod e-*

rat annorum decem, ueniret: interim se uini, frumenti oleiq; illis affatim suppeditaturum promittens. Dictys uerò promissis istis etiam facta adiungit extremo secundo:

Ceterùm frumenta, uinum, aliaq; sibi necessaria Anius & eius filiæ præbuêre, quæ Oenotropæ & diuinæ religionis antistites memorabantur.

Cynthiam.) *Deli, unde & Apollo Cynthius. Inopus Deli fluuius seu fons est, qui unà cum Nilo flantibus Etesijs incrementum accipit, ut & Clepsydra, fons arcis Atticæ: unde creditus est occultam ab illo originem ducere. Problastus dictus est Bacchus, cui ante uites germinantes fiebat sacrum. idem & audax uocatur de uini effectu. Ceterùm Bacchus, ut ad historiam ueniamus, Anij, abnepotis, tribus filiabus (hæ Oeno, Spermo, Elais uocabantur) hoc donum concesserat, ut quandocunq; uellent, uinum, triticum & oleum suppeditare possent, singulæ singula, prout nominis ipsarum ferebat notatio. Totam historiam breuiter apud Ouid. lib. 13. descriptam reperies.*

Viniferas.) *Phabs auis est de columbarum genere. Appellat Anij filias aues uiniferas, sicut antea Phœnicem* κυρετρόφον πάγυρον *dixit: nisi quis putet ad Oenades columbas allusum esse. Stephanus quidem* ἀνάνίσ *cuiusdam,* τῦ πατρὸς τῶν οἰνοτρόπων *meminit: quod an ex* αὐΐσ *corruptũ affirmare debeam, nescio. Alius etiã grãmaticus* Δωρία πης, μητρὸς τῶν οἰνοτρόπων, *& Anij uxoris mentionem facit. Iam Zarex quia Rhœonẽ post Anium ex Apolline & ipsa natum, in uxorem duxit, auus appellatur filiarum Anij, quomodo Amphitryo Herculis pater est putatus. De Rhœone plura memorat Siculus fol. 229. editionis Græcæ.*

Quæ &c.) *Agamemnon, exercitu suo fame laborante, filias Anij curauit accersendas. Canes dicit Græcos. Sithonia proles fuit Rhœtea, de qua dictum est Rhœteum promontorium, quod aliter Sigeum nuncupatur fuit & urbs huius nominis in Troade.*

Senes puellæ.) *Parcæ. Hæc, inquit, ita sunt à fatis constituta. Sic Ouid.*

—ueterum decreta sororum.

Quinti

Quinti quarti.) *Quoniam simul ambo uenerunt, uterq; quintus aut quartus dici potest: siquidem tres præcesserunt, & hi duo postremi simul quinarium implent numerum. Sic Horat.*

Si quadringentis sex septem millia desunt.

Nec aliter Cicero quodam loco, & Lucretius lib. 4. Quin & apud Terent. Eunucho sic legendum credo,

Illum liquet mihi deierare his mensibus
Sex septem prorsum non uidisse proximis:

extrita particula Vel. Golgorum regina est Venus, cuius terra Cyprus.

Alter quidem.) *Praxāder, Lacon. Therapne urbs est Laconiæ.*

Alter uero.) *Cepheus, Achiuus. Notant autem grammatici, θάτερες pro ἕτεροι barbarè dici, quamuis eo Lycophron, & alij quidam utantur. Olenus & Dyma sunt urbes Achaicæ. Bura quoq; urbs quondam in Achaia fuit, hiatu terræ pòst absorpta.*

Alius.) *Ingreditur historiam Diomedis, qui ex Aetolia aufugiēs, in Dauniam siue Apuliam uenit, ibiq; Argyrippam urbem, patriæ suæ cognominem, siue Argos hippion, siue Arpos condidit. Vt enim scribit Strabo, ἐκαλεῖτο δ᾽ ἐξ ἀρχῆς ἀργυρόϊππιον, εἶτ᾽ ἀργυρίππα, εἶτα νῦν ἄρποι. quam quidem nominum mutationem uetustatis corruptelæ tribuit Seruius. Ausonius,*

Argyripam, clarosq; uiris qui condidit Arpos,
Clarior urbe noua, patriæ quàm sede uetusta.

Phylamus quid sibi uelit, nondum potui inuenire. Scio equidem, Stephanū pro φύλαμον legere πύραμον. sed nec hoc ad rem quicquam. alijs igitur hac de re post nos inquirendum relinquimus.

Amaram sociorum.) *Diomedis socij in aues mutati dicuntur (quanquam Aristoteles canum, non auium facit mentionem) ab alijs in ardeas, ab alijs (quos & Lycophròn sequitur) in cygnos. Ouidius his arbitrum se interponit,*

Si, uolucrum quæ sit dubiarum forma, requiris:
Vt non cygnorum, sic albis proxima cygnis.

Causam quoque transformationis ibidem habes. Pro ἐπτερωμένην

malim ἱπποβωμενῶν, gignendi casu.

43 Cognominem.) *Diomedeam dictam, & apud Ionium sinum sitam. Zethum porrò, Amphionis fratrem, pastorem egisse ruri, nemini est ignotum.*

Simul porro.) *Describit auium diætam, quæ Græcos ament, & ex ipsorũ manib. cibũ capiant, atq; in uestiũ sinubus cubent: barbaros autem auersentur. quod idem de canibus refert* Aristoteles. *Priorem uictum uocat, quo ante transformationẽ utebantur. Si quis malit πάσονται, Comedent exponat.*

Trœzeniæ.) *Veneris, cui Trœzene templũ Phædra dedicauit, secundum alios, Athenis in arce, idq; amore Hippolyti, Trœzene degentis. Venus autem cũ à Diomede uulnus accepisset, ut ex Homero liquet, uxorem eius adulteram reddidit, ipsiq; Troia redeunti insidias coegit collocare. quod cum animaduertisset Diomedes, in Iunonis templum primò confugit, & inde mox in Dauniam se contulit, ubi postea fuit à Dauno rege interfectus.*

Canis.) *Aegialea, quæ Diomedem reuersum ad concubitũ alliciebat, quo facilius occideret. Hoplosmia Iuno ab Eleis colitur, in cuius templum aufugiens Diomedes, seruatur.*

Columniscensor.) *Cum enim in Apuliam uenisset Diomedes, & Colchicum draconem, qui totam regionem uastabat, interfecisset, statuæ ipsi publicè sunt erectæ. Dicitur autem κολοσσοβάμων, qui columnam conscendit: ut ἱπποβάμων, qui equum. Membra in saxis fulcire, Hypotyposis est τῶ κολοσσοβάμενος.*

Solo Architecti.) *De quibus lapidibus columnæ sint erectæ, exponit, ijs uidelicet, quos Diomedes in patriam reuersurus in nauẽ pro saburra imposuerat, de mœnibus Troianis sumtos. Itaq; uocantur solũ Neptuni, quòd ijs ille mœniũ Troianorũ fundamẽta iecerit. à qua quidẽ structura Architectus appellatur. Amœbei nomine Delphis colitur, ob transmutatos cũ Apolline Delphos (qd erat antea Neptuni oraculũ) pro Calabria, quæ ante Trœzenẽ est. De hermate (unde fit ἑρματίτης, sicut ab ἄρμα ἁρματίτης, à δῶμα δωματίτης,) uide Festum.*

Ac Alæni.) *Cum in Italiam uenisset Diomedes, eius auxilio Daunus in*

nus in bello. quod tum gerebat conficiendo usus, promiserat se illi uel regionem totam, quam cepisset, uel bellicam prædam omnem daturum, prout frater eius, Alænus, arbiter constitutus, censuisset. Alænus autem cum Euippen, Dauni filiam, amaret, Dauno regionem, fratri spolia adiudicauit. Festus tamen Diomedis camporum meminit.

Preces.) *execrationes, quæ postea propter efficaciam in prouerbium uenerunt. Similiter Horat. de puero,*

Misit Thyesteas preces.

Arua, intellige Daunia.

Nisi quis.) *nisi ab aliquo eius gentili possideantur & colantur.*

Columnis.) *statuis ipsi positis, quæ quamuis post eius mortem in mare fuerint proiectæ iussu Dauni, propter execrationes irati, rursum tamen in summã aquam enatantes, ad basim suam redierunt. quæ propter heic immotæ uocantur.*

Magnus uerò.) *Diomedes mortuus pro deo habitus est à Phæacibus, propter occisum draconem. Ionis solum, nuncupat mare Ionium ab Ione denominatum. quod etiam Aeschylus Prometheo uidetur sentire, qui ad Ionem sic ait:* 45

χρόνον δ' τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς,
σαφῶς ἐπίστασ', ἰόνιος κληθήσεται,
τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσι βροτοῖς. *id est,*
In posterum tempus marinus hic sinus,
Certò scias, Ionius appellabitur,
Erroris omnibus tui memoria.

Alij.) *Ad Boeotorum historiam transit. ij uestibus uillosis more patrio utebantur.* σισύρνα *enim est* μαλλωτὸν στρῶμα, *secundum Aristophanis Schol. nõ* ἄτριχον δερμάτιον, *ut uult noster Tzetzes. Gymnesiæ insulæ sunt in Iberia, quas Baleares uocant. in his funditores optimi.*

Tribus.) *quarum una pendet à collo, altera sunt accincti, tertiã manu tenent. ac uocat bifunes fundas propter funes duos, qui sunt in fundæ pede, ut ita dicam, quibusq; inseruntur funditoris digiti.*

Nullus enim.) *Diodorus lib. 5.* προσκεφαλαίους σκοπῶ κατὰ τὸ ξύλον

ἀρτεμενοῦ ἄρτου, ὃ πρότερον δίδοται τῷ μελετῶντι φαγεῖν, ἕως ἂν τυχὼν τοῦ ἄρτου, συγχωρούμενον λάβῃ παρὰ τῆς μητρὸς καταφαγεῖν τοῦτον.

Illi.)Bœoti. Iberiferas ripas dicit, quòd in Iberia sitæ sint Baleares insulæ. Tartesus urbs est, & insula & fluuius Iberiæ apud Herculis columnas, inter quas angustum quod est ostium, id heic porta dicitur.

Arnes uetustæ soboles.) id est, è Bœotia oriundi. est enim Arne Bœotiæ urbs, postea Chæronea dicta. Temmices quia olim Bœotiã incoluerunt, heic pro Bœotis ponuntur. Græa (nunc integrè Tanagra dicitur) Leontarne, Scolus, Tegyra, Onchestus, Bœotiæ sunt oppida. Onchestum quidem Neptuni F. Onchestus incoluit. Thermodon similiter & Hypsarnus, fluuij Bœotiæ.

Alios.) Ad Vlyßis & sociorum errores longa narratione exponendos nũc pergit Cassandra. illi etenim primum circa Syrtes errarũt, quæ sunt in mari Libyco. Fretum deinde intelligit, quod est inter Adriaticum & Tyrrhenum maria.

Et semiferæ.) Scyllæ, quam ab Hercule interfectam, ac deinde resuscitatam fuisse, initio docuimus. Mecisteus Hercules ab Eleis Mecistijs colitur, uideturq; idem, qui Macistus Strabonis. fossorem etiam uocat, propter Augiæ stabulum: bubulcum quoq;, propter boues Geryonios, quos abegit.

Auiformium.) Sirenum, quæ quia parte inferiori sunt aues, uidentur ex harpyis, seu auibus (nam species heic usurpatur pro genere, cum infrà ὀρνιθόπαιδας ισμα dicat) prognatæ, quanquam sunt Acheloi filiæ ac Terpsichores. Crudeliter laceratos intellige à Polyphemo.

47 Vnum.) qui solus ex socijs suis omnibus saluus euasit. itaque dicet infrà,

μόνος πρὸς οἴκους ναυτίλων σωθεὶς τάλας.

Ceterùm Vlysses delphini signum solebat in clypeo gerere, cuius rei causam tradit Plutarch. πότερα τῶν ζώων φρονιμ. νήπιος ὢν ὁ Τηλέμαχος, εἰς ἀγχιβαθὲς τῆς θαλάττης ὀλισθὼν ἐσώθη, δελφίνων ὑπολαβόντων καὶ ἀνανηξαμένων, ὅθεν ἐποιήσατο γλυφὴν τῇ σφραγῖδι καὶ τῆς ἀσπίδος κόσμον ὁ πατὴρ, ἀμειβόμενος τὸ ζῷον. Vocat etiam

Vlyssem

Vlyssem furem Punicæ deæ, quoniam Palladiū furatus est,& Pallas à Corinthijs Punica colitur.

Qui uidebit.) *Errores Vlyßis cum sint ab Homero copiose descripti, satis nobis erit hoc loco, si summa duntaxat rerum capita indicemus, ad Homericum fontem limpidißimum lectoribus remißis. Vnoculum dicit Polyphemum Cyclopem.*

Sagittarum reliquias.) *Læstrygonas, ab Herculis sagittis reliquos factos. Cum enim Herculem Geryonis boues abigentem spoliare Læstrygones conarentur, ille magnam eorum partem sagittis confecit. eum cur uocet Alexicacum, notum est. Tedifer appellatur à tedis quib. ad certamina, in quib. excellebat Hercules, utebantur: Palæmon autem, quòd cum patre Ioue, & cum Antæo gigante sit luctatus. Quin etiam Palæmon dictus est proprio nomine, ut uolunt quidā, antequam Hercules uocaretur.*

Conterentes omnia.) *Vlyssem uidelicet cū socijs et nauib. Qui σκάφη mauult, is συντόρνω quoq; in σύντορνα mutet, atq; ita uertat:*

Qui rotundas omnes conterentes naues.

Nam quod Scholiastes adfert de portu, nequaquam placet. Nostra quidem interpretatio Alexidis & Antiphanis comicorum testimonijs quæ in Athenæo leguntur, nititur.

Perforabunt.) *perfodient eos tāquam mugiles, et ita deuorabūt. expreßit Homeri uersum:*

ἰχθῦς δ' ὣς πείροντες, ἀτερπέα δαῖτα φέροντο.

Quæ non.) *Enumerat pericula, quæ subijt Vlysses. Semiuirginē canem intelligit Scyllam. Luscinias uocat Sirenes, ut antè fecerat. eæ steriles dicuntur, quia uirgines: Centauricidæ, quòd ad ipsas delati Cētauri, postquam è Thessalia fuerant ab Hercule exacti, perierint: Aetolicæ uel Acarnaniæ, quòd ipsarum, siue patris Acheloi regio inter Aetoliam & Acarnaniam sit media, nec magis ad hanc, quàm ad illam, pertinere uideatur.*

Suadebit carnes e.p. t.) *id est, cātu suo pe. suadere conabitur Vlyßi cū suis, ut ad ipsius saxa perpetuò cātilenis aures præbētes fame demūq; cōtabescāt. Ferarū formatricē, et noxā mōstriformē dicit Circē,*

quæ socios Vlyßis transformabat.

Acinos uuarum.) Homerus,

——— τοῖσι δ' κίρκη

πάρ ῥ' ἄκυλον βάλανόν τ' ἔβαλε, καρπόντε κρανείης

ἔδμεναι, οἷα σύες χαμαιευνάδες αἰὲν ἔδουσι.

Ipsum.) Vlyssem, qui ne simul cum reliquis transformetur, Moly herba se tuebitur, à Mercurio accepta. is heic Ctarus uocatur, uel à possessionibus & lucris, quibus præest, uel ab inferijs & exequijs, cum sit νεκυοστόλος. Nonacriates Mercurius in Arcadia colitur, quæ Nonacrin urbem habet. uocatur quoq; Triceps, quoniam tali figura ponebãtur in uicis Hermæ ueterum: & Pulcer, quo nomine à Boeotis colitur, teste Pausan. sic ab Orpheo εὔφρων dicitur. Iã de μῶλυ hæc habet Theophrastus lib. dec. τὸ δὲ μῶλυ περὶ φανεὸν γίνεται, καὶ ἐν τῇ κυλλήνῃ. φασὶ δ' εἶναι καὶ ὅμοιον ὡς ὅμηρος εἴρηκε, τὴν μὲν ῥίζαν ἔχον στρογγύλην, προσεμφορὲς κρομμύῳ, τὸ δὲ φύλλον ὅμοιον σκίλλῃ. χρῆσθαι δ' αὐτῷ πρός τε τὰ ἀλεξιφάρμακα καὶ τὰς μαγείας.

Campum.) inferos. Senem intelligit Tiresiam, utrunq; genus expertum. de eo sic apud Callimachum Pallas:

καὶ μόνος εὖτε θάνῃ, πεπνυμένος ἐν νεκύεσσι
φοιτασεῖ, μεγάλῳ τίμιος ἀγεσίλᾳ.

Solus præterea mentis post fata uigebit
Vsu, Plutoni carus & hospes erit.

Aspergens.) sic enim Circe præceperat, uide Odyss. lib undec.

49 Vnde Gigantum.) Ab inferis reuersus Vlysses, in Siciliam uenit, sub qua gigantes cum Typhone oppreßi iacent.

In qua.) Iupiter, interemtis gigantibus, insulam dedit simijs habitandam, à quibus dictæ sunt insulæ Pithecusæ. Ouid.

Inarimé, Prochytenq; legit (Aeneas) sterilíq; locatas
Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas.

Simias etiam à Tyrrhenis Arimos uocari, autor est Strabo. Saturni posteri sunt dij.

Baij) qui fuit Vlyßis nauclerus, & in Sicilia sepultus est. Cimmerij sunt apud Oceanũ occidentalem. Acheron est Heracleæ fluuius prope Cumas.

pe Cumas: Ossa, mons Italiæ. Leonem dicit Herculem, qui Orontem fluuium rupib. strauit, ut boues Geryonios abigeret. Huc pertinent uersus Propertij,

Clausus ab umbroso qua alludit (*sic lego*) pontus Auerno
Humida Baiarum stagna tepentis aquæ:
Qua iacet & Troiæ tubicen Misenus arena,
Et sonat Herculeo structa labore uia.

& quæ Silius Ital. lib. duodec. pluribus explicat,

Vnde ferant nomen Baiæ, &c.

Cur Obrimo uocetur Proserpina, infrà dicemus. Collem capacem uocat Apẽninum (ineptè Scholiastes τὸ πολυδέγμων facit nomen proprium) è quo Italiæ fluuij oriuntur. Lucanus,

Fontibus hic uastis immensos concipit amnes
Fluminaq; in gemini spargit diuortia ponti.

Polyb. lib. 3. ἀπέννινος ἐστὶν ὄρος συνεχὲς, ὃ διείργει πάσας τὰς κατὰ τὴν ἰταλίαν ῥύσεις. Cic.

Vt ex Apennino fluminũ, sic ex cõmuni sapientiũ
iugo sunt doctrinarum facta diuortia.

Lethæon mons est Italiæ. Palus auerna quædã (sunt enim plures) iacet prope Cumas: cuius figura quia rotunda, dicit eã laqueo circumductã. Ceterũ eodẽ ferè modo apud Eurip. Troadibus eadẽ Cassandra de Vlyßis erroribus uaticinatur: quem quidẽ locũ iuuabit cum isto cõferre.

Iurisiurandi.) *Per Stygem Iupiter (is Terminalis dicitur à terminis rerum tum statuendis, tum conseruandis) deos uoluit iurare, postquam ab illa contra Titanes fuit adiutus. qua de re uide Hesiodũ Theogonia. Necessario autem heic uersus duos inter se loco mutauimus, ne sentẽtia uacillaret: sicut et suprà fecimus, ubi de Agapenore agebatur.*

Libamina.) *ad sacrificandum. Maritus proserpinæ est Pluto, cui Vlysses ab inferis reuersus columnam cum galea dedicauit. Δάειραν appellarunt Proserpinam primum Aeschylus, et post eum Apollonius. quò uidetur Δαειρίτης Pollucis pertinere.*

Virgines.) *Sirenes, Parthenopen uidelicet, Leucosiam, Ligeam. ea*

rum pater Achelous, Tethyis erat F. mater fuit Terpsichore. Illæ porro de contemtu Vlyßis indignantes, in Tyrrhenum mare præcipites se dederunt. Dicit eas pennis urinasse, quoniam auiformes erant, ut dictum est, Lanificum stamen de Parcarum filis intelligitur.

51 Vnam.) *Sirenum, nempe Parthenopen, quæ iuxta Neapolin in litus est à mari eiecta. Neapolis autem Phaleri, Siculi tyrãni arx fuit (nisi id malis cum Stephano urbis nomen esse) quæ à Parthenope postea nomen sumsit. Glanis est Italiæ fluuius prope Neapolim.*

Enipei.) *Neptuni. is enim à Milesijs hoc nomine colitur, quòd in Enipeum, fluuium Thessaliæ, aliquando mutatus fuerit, ut tradit Ouidius. Leucosia igitur, Sirenum altera, in Neptunium promontoriũ fuit eiecta, & insulam à suo nomine Leucosiam appellauit.*

Ligea.) *Sirenum tertia. Terina secundum Stephanum est urbs Italiæ. meminit etiam Thucydides κόλπου τερειναίου. Ocinarus fluuius est apud Terinam, quem cornigerum uocat ex figura: fortem, propter fluxionis uehementiam.*

Primæ.) *Parthenopæ, cui Diotimus, Atticæ claßis præfectus, ex oraculo sacrificauit, cum in Italiam uenisset, & cursum lampadũ (cum in Ceramico quotannis peragebant Athenienses) instituit, quem deinceps Neapolitani quotannis instaurarunt. Mopsopia olim dicta Attica de Mopsopo rege: unde Ouid.*

Barbara Mopsopios terrebant agmina muros.
Tibullus:
Libaq; Mopsopio dulcia melle feram. *Seneca extrema Hippolyto:*
Mopsopia claris tota lamentis sonet.

Misenus mons est Neapolitanus, à Miseni sepulcro denominatus, ut uult Virgilius.

Ventis.) *quos ab Aeolo acceperat. Viribus deinde opera sociorũ apertis, in Aeoliam reuectus est. postea, cum socij boues Solis deuorassent, fulmine procellaq; uexatus, socios oẽs amisit. Larũ dicit Vlyssem.*

Caprifici.) *Hæc sic apud Hom. ipse narrat:*

ἦλθον ἐπὶ σκύλλης σκόπελον, δεινήν τε χάρυβδιν.

ἡ μὲν ἀνερροίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.
αὐτὰρ ἐγὼ ποτὶ μακρὸν ἐρινεὸν ὑψόσ' ἀερθείς,
τῷ προσφὺς ἐχόμην, ὡς νυκτερίς. *& paulo pòst:*
νωλεμέως δ' ἐχόμην, ὄφρ' ἐξεμέσειεν ὀπίσσω
ἱστὸν καὶ τρόπιν αὖτις, ἐελδομένῳ δέ μοι ἦλθον
ὄψε. —*Atlantidem dicit Calypsonem.*

Ratem.)*de qua Hom. Odyss. ε. Baris est propriè nauis Aegyptiaca, ut teste Herodoto, & Propertio, cum ait,*

Baridos & contis rostra Liburna sequi:

de Cleopatra, Aegypti regina, loquens. sæpe tamen pro quauis naui sumitur, ut heic, & apud Aeschylum Persis.

Neptunus.)*ἀμφιβαῖος Neptunus à Cyrenæis colebatur. halcedo uocatur femina ceryli.*

Anthedonis.)*è qua Glaucus piscator oriundus erat, qui olim gustata herba, in mare desilijt, ut ex prouerbio notum est. Anthedon autem Bœotiæ est urbs, quam Thressam nuncupat, quòd à Thracibus condita fuerit. Iam Glauco contubernalis fuit Vlysses, postquàm in mare est eiectus.*

Iactante.)*Vlyssem. Leucothea porrò Vlyßi per undas iactato capitis sui redimiculum tradidit, quo ille pectori supposito enataret.*

Drepanum.)*aliter Corcyram, uel Phæaciam: in qua defossa fuit falx, qua Iupiter Saturno patri, uel Saturnus Cœlo pudenda desecuit. Apollonius:*

ἔστι δέ τις πορθμοῖο παρακτόθιν Ἰονίοιο
ἀμφιλαφὴς πίειρα κεραυνίη εἰν ἁλὶ νῆσος,
ᾗ ὕπο δὴ κεῖσθαι δρέπανον φάτις, ᾧ ἄπο πατρὸς
μήδεα νηλειῶς ἔταμε κρόνος. οἱ δέ ἑ Δηοῦς
κλείουσι χθονίης καλαμητόμον ἔμμεναι ἅρπην.
Δηὼ γὰρ κείνῃ ἐνὶ δή ποτε νάσσατο γαίῃ,
τιτῆνας δ' ἔδαεν στάχυν ὄμπνιον ἀμήσασθαι
μάκριδα φιλαμένη. Δρεπάνη τόθεν ἐκλήϊσται.

In hâc insulam delatus Vlysses, Alcinoo regi longã suorũ errorũ seriẽ explicuit. Monstrũ dicit Cyclopẽ, de cuius imprecationibus uide Hom:

Nec talis.)*Homerus:*

——— οὐδ' ἐνοσίχθων
λήθετ' ἀπειλάων, τὰς ἀντιθέῳ ὀδυσῆι
πρῶτον ἐπηπείλησε. ——

Melanthus Neptunus ab Athenienſibus colebatur, ita dictus propter μέλανα πόντον & πολιὰν θάλατταν, ut uolunt grammatici. equeſtrē autem Delij colūt, quòd equitum præſes, & equorum ſit inuentor: uel quòd naues equis reſpondeant, ut exiſtimat Artemidorus.

Portum.)*Ithacæ. Neritus etiā Ithacæ mons & portus. Quod heic de Pane comminiſcitur Scholiaſtes, qui non potuit commune nomen à proprio diſtinguere, id uel in puero ſcutica dignum foret.*

Meretrix.)*Penelope, quæ honeſtè & magnificè ſcortabatur, ut nonnulli uolunt. ac ſimiliter σεμνὴ apud Ariſtophanem in malam partem ſumitur. Ad Scæas portas de corpore Patrocli pugnatum eſt. Mendicum uocat Vlyſſem, qui mendici habitu patriam ſit ingreſſus, & à procis conuicijs ac baculis petitus.*

55 Nec enim.)*Non, inquit, primi eum proci flagellabunt, cum ſit etiam in patria cicatrices plagarum à Thoante quondam incuſſarum retenturus. Cum enim in Troiam irrepere uellet Vlyſſes (ut Palladium, credo, raperet) à Thoante ſe flagellari paſſus eſt: & laceras ueſtes, ne à Troianis agnoſceretur, induit. qua de re ſic apud Hom. Helena,*

αὐτόν μιν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσας,
σπεῖρα κακ' ἀμφ' ὤμοισι βαλὼν, οἰκῆι ἐοικὼς,
ἀνδρῶν δυσμενέων κατέδυ πόλιν εὐρυάγυιαν. Plautus Bacchidibus,

Ille mendicans penè inuentus interijt,
Dum ibi exquirit fata illorum. *& mox,*
——Vlyſſem ut prædicant
Cognitum ab Helena eſſe, proditumq; Hecubæ. ſed ille ſe
Blanditijs exemit, & perſuaſit, ſe ut amitteret.

Regem.)*Priamū, apud quem fingebat ſe indigna multa ab Agamemnone paſſum fuiſſe: ut apud Virg. Sinon, apud Herod. Zopyrus.*

Promon-

Promontorium.) *Boeotiæ, in qua Autolycus, pater Anticleæ, quæ Vlyssem è Sisypho peperit, habitabat. Ipse quoq; Vlysses Odyss. ultimo de apro, à quo fuerat in Parnaso morsus, narrat. de Temmicibus dictum est.*

Proniorum.) *Pronij natione erant Penelopes proci, ex una quatuor Cephalleniæ gentium. Lacænam intellige Penelopen. Marinum tegmen de Ithacæ portu dicitur.*

Occidet autem.) *Vlysses Ithacam reuersus, à Telegono inter uenandum sagitta de improuiso transfixus est, cui pro cuspide aculeus turturis, seu pastinacæ marinæ, qui piscis uenenum habet, præfixus erat. Ouid. in Ibin.*

Ossibus inq; tuis teli genus hæreat illud,
Traditur Icarij quo cecidisse gener.

Oppianus ait Telegonum, cum patris armenta abigeret, Vlyssem sibi occurrentem, & ab ipso tanquam fure pecora repetentem, uulnerasse & occidisse, cum neuter ab altero cognosceretur. uersus eius hi sunt.

——— αὐτὰρ ὁ νήσῳ
αἰγιβότῳ προσέκελσε, καὶ οὐ μάθε πῶεα πέρθων
πατρὸς ἑοῦ. γηραιῷ δὲ βοηδρομέοντι τοκῆϊ
αὐτῷ, τὸν μάστευε, κακὴν προσεμάξατο κῆρα.

Dictys extremo sexto aliter tradit. Telegonum quidem ad inuestigandum patrem è Tyrrhenia profectum fuisse, refert etiam ex Aristocle Plutarchus. Ceterùm iuxta Sardiniam insulam habitabat Circe, mater Telegoni. hinc piscis Sardonicus.

Piscis.) *Tale mortis genus uidetur apud Hom. Tiresias Vlyßi prædicere, cum ait,*

—— θάνατος δέ τοι ἐξ ἁλὸς αὐτῷ
ἀβληχρὸς μάλα τοῖος ἐλεύσεται, ὅς κέ σε πέφνῃ
γήρᾳ ὑπὸ λιπαρῷ ἀρημένον. ——

Vxor Achillea est Medea, quemadmodum suprà diximus. eius consobrinus erat Telegonus. nam Aeetes, Medeæ pater, Circes frater fuit.

Eurytanus.) *Aetoliæ populus, apud quem oraculum Vlyßis extitisse, testatur etiam Aristoteles. Abijt aūt in Aetoliam & Epirum Vlysses,*

ses, postquam in patriam redierat, partim quòd Ithacā exosus esset, partim quòd ita iußisset Tiresias, cuius hæc habentur in Poeta uerba:

αὐτὰρ ἐπεὶ μνηστῆρας ἐνὶ μεγάροισι τεοῖσι
κτείνῃς ἠὲ δόλῳ ἢ ἀμφαδὸν ὀξέϊ χαλκῷ,
ἔρχεσθαι δὴ ἔπειτα λαβὼν εὐῆρες ἐρετμόν,
εἰσόκε τοὺς ἀφίκηαι, οἳ οὐκ ἴσασι θάλασσαν ἀνέρες ——

In his enim uersibus regiones, quas diximus, uidetur innuere, non Βουνίμαν *nec* κελκέαν *Eustathij. est autem Trampya urbs Epiri.*

Herculem.) *Alexādri Magni ex Barsine F. quem Polysperchon Tymphæus seu Epirota, dux Aethicum seu Epirotarum, in Cassandri gratiam interfecit, annos natum 14. historiam integram leges apud Diodorū Sic. lib. 20. Hic Hercules ab Aeaco, Perseo, & Hercule (eius abnepos Temenus) dicitur originē ducere, quòd pater Alexander M. paternū genus ad Herculem & Perseū, maternum ad Aeacū referret.*

Perge.) *ad quem montem uel redijt uiuus, uel saltem post mortem delatus est ex Epiro, uel Ithaca: nisi eum quis malit è Tyrrhenia in Epirum translatum. Gortynia, Tyrrheniæ regio.*

57 Vitam expirarit.) *Fabulantur enim Vlyssem à Telegono prius occisum, à Circe deinde resuscitatum fuisse, & secundò postea mortuū esse propter filij Telemachi & uxoris Circes, quas deplorabat, miserias. Apertius erit, si Vlyssem dicamus, dum ista deploraret, simul à filio occisum fuisse, uel Ithacæ, uel in Tyrrhenia, uel in Epiro. Videtur enim Vlysses ex Epiro Ithacam redijsse, atq; inde in Tyrrheniam concessisse, ubi et mortuus fuerit & sepultus. Adijciam huc Plutarchi uerba, quoniam ad historiam pertinent.* τῷ Ὀδυσσεῖ μετὰ τὴν μνηστηροφονίαν οἱ ἐπιτήδειοι τῶν τεθνηκότων ἐπανέστησαν. μεταπεμφθεὶς δ' ὑπ' ἀμφοτέρων διαιτητὴς Νεοπτόλεμος, ἐδικαίωσε τὸν μὲν Ὀδυσσέα μεταναστῆναι καὶ φεύγειν ἐκ τῆς Κεφαλληνίας καὶ Ζακύνθου καὶ Ἰθάκης ἐφ' αἵματι, *&c.* αὐτὸς μὲν οὖν εἰς Ἰταλίαν μετέστη, καὶ τὰ ἑξῆς. *Facit huc etiam epitaphium Vlyßis nuper in membranis antiquis repertum,*

ἐπὶ Ὀδυσσέως κειμένου ἐν Τυρρηνίᾳ.

Ἀνέρα τὸν πολύμητιν ἐπὶ χθονὶ τῇδε θανόντα
κλεινότατον θνητῶν τύμβος ἐπεσκίασεν. *id est,*

Vlyßi in Tyrrhenia.

Prudentem

Prudentem celebremq́; uirum post aspera fata
Hoc gratus tumuli cespite celat honor.

Quam occidens.) *Telemachus ducta Caßiphone sorore, Circes filia (alij Calypsonis filium faciunt Telegonum) matrem occidit. qua re cognita Caßiphone maritum uicißim interemit. eam porrò uocat Glauconis Absyrtiq́; consobrinam. siquidē Circe, Caßiphones mater, soror fuit Aeetæ & Pasiphaes: quorū ille pater Absyrti, hæc Glauconis mater fuit. Deniq; secundum iter dicit, quia secundo post Circen occisam, quæ prior mortem obijt, interfectus est Telemachus.*

Secundo.) *Iā enim ad inferos ante uenerat, Tiresiā consulturus.*

Asinum.) *Vlysses, ut est in fabulis, cum ad Troiam nollet accedere, insaniam simulauit, & bouem cum asino uel equo ad aratrum iunxit. deprehensus deinde fuit dolus à Palamede.*

Alius.) *Menelai errores post absolutam Vlyßis peregrinationem subiunguntur. Menelaus enim cum Helenam Troiæ non reperisset, uerùm abreptam fuisse, nec unquam Troiam uenisse cognouisset: ad eā quærendam longis itineribus in Aegyptum contendit. Homerus tamen peregrinationis causam tribuit sacrificijs, quæ quondam omissa, in Aegypto essent instaurāda. Alij etiā saluti eius hoc modo consultū fuisse uolunt, ne unà cū fratre, ut erat in fatis, interimeretur. Ceterū ex hac eius peregrinatione quādā Aegypti præfectura nomen de illo sumsit.*

Aufugerat) *abreptū à Mercurio, ut ostēdit Euripides Helena. potest etiā simpliciter dici, Helenā instar auis alicuius auolātis euanuisse.*

Scopulos. *Siciliæ, Arima dictos. Per anum capularem Cyprum synecdochicè innuit. Nam cum in Cypro quōdam latēret Venus, & à dijs quæreretur, anus cuiusdam indicio prodita est, quam deinde irata mutauit in saxum. Atq; ita quidem Scholiastes: uerū ego Plutarchū sequi malim, qui Erotico, postquam dixit, grauiter sæpe puniri eos, qui sunt in amantes ingrati, de hac anu subiungit: τί γὰρ αὖ λέγοι τις εὐξύνθετον ἢ λουνομαντίδα τὴν ἐν κύπρῳ παρακύπτουσαν νῦν προσαγορευομένην. et paulo pòst, ἐκείνη μὲν ἀπελιθώθη παρακύψασα τ' ἐραστὴν ἰδεῖν ἐκκομιζόμενον. Similis est in Ouid. Anaxaretes fabula.*

Eremborū.) *apud Nilū habitātiū: qui aliter Troglodytæ et Ichthyophagi*

phagi nuncupantur. Myrrhæ urbem dicit Byblum, in qua Myrrha, postquam in arborem uersa fuit, partu soluta est. historiam narrat Ouidius. Puerperæ dicuntur ægritudines, ut Lucinas horas protulit Prudentius.

Gauantis.) Adonidis Byblij, qui tamen cum Cyprio sæpe confunditur. eum Veneris odio Musæ interemerunt, immisso per uenationem apro, cuius dente perijt. uide Theocriti canticum elegantißimum εἰς νεκρὸν ἄδωνιν. Schœnis dicitur Venus à iuncis, ut uult Scholiastes: Arenta à iūgendis & copulandis amantibus. Hospita Venus colebatur ab Aegyptijs, teste Herodoto.

Cephei.) Aethiopum regis. Per calcitratus intelligit fontē, quē olim Mercurius, cum Ionem custodiret, pedis pulsu excitauit: unde & locus ipse πτέρνα ἑρμοῦ dictus. Laphrius uocatur Mercurius, quomodo Minerua suprà Laphria.

19 Cepphus.) is heic pro ceto ponitur, quem Neptunus in Aethiopiam immiserat, iusso insuper Cepheo Andromedam filiam belluæ epulandam proponere: quam deinde Perseus monstrata ceto Gorgonis facie (aut in uentrem ceti ingressus, more Herculis, ut uidetur uelle Lycophron) à morte liberauit, & uxorem duxit. Aurigenam dicit Perseum, ex aureo Danaes imbre genitum. eundem uocat et pennipedem, quòd Mercurij talaria sumserat, à quo etiam falcem acceperat, quæ heic nouacula.

Interficietur.) interfectus fuit. neq; rectè heic Scholiastes Poetæ insultat, & crapulam obijcit, cum tales Metachronismi & poetis familiares sint, & Cassandrā ualdè deceant. itaq; eadē figura dicet infrà,

θαλασοσέπτους δίμορφος αὐδάξει θεός.

Messorem uocat Perseum, qui Medusæ Gorgonis caput demessuit & amputauit.

Equihominis.) Nam collo Medusæ amputato, equus ex eo & homo prodierunt. Itaq; uocat Medusam excollo parientem: nec non saxificam, propter effectum. mustelæ autem marinæ dicuntur ex collo siue ore parere.

In statuas c.) ostenso Medusæ capite, ut Cephenis apud Ouid.

Pro *πίτρωρ legendum censuerim πίτρον. Vocat deinde Perseum furem lucernæ seu oculi,quo Gorgones tres uicißim utebantur, quemq́; Perseus,ut Medusam commodius obtruncaret,interuertit.*

Arua.)*Aegypti,quam Nilus quotannis inundat. In Aegypto porro Troiam nouam condidisse Menelai comites, autor est Diodorus. Asbystes dicitur fluuius gentili urbis nomine,sicut & Bisaltes.*

Condormiens.)*ad obtinendũ à Proteo responsum.extat fabula Odyss.Δ. Argiuam canem dicit Helenam, quæ tantum feminas pariebat,ut Hermionam & Iphigeniam:ac tres habuerat uiros,Menelaum, Paridem,Deiphobum.nam reliqui duo, Theseus & Achilles, legitimi coniuges non fuere,cum alter eam septennem,alter secundum quietem uxorem habuerit. Ceterum pro ἀργείας habet Stephanus αὐγύας. est enim illi αὔγυς urbs Laconiæ,secundum Euphorionem.*

Iapygum.)*Apulorum,quorum deuicto exercitu, Mineruæ Spoliatrici,cui spolia tribuũtur,dicabit donaria.λαφίρα et σκυλεύτις idẽ ualent. Siris Italiæ fluuius est,& urbs. Lacinium Crotonis est promontorium,in quo & Iunonis Laciniæ templum fuit.*

Iuuenca.)*Thetis.De Hoplosmia Iunone diximus. Nouemcubitalem intellige Achillem, Thetidis F. ab Aeaco Pelei patre, & Doride Thetidis matre ortum. Quin etiam Eleæ matronæ, primis ludorum initijs,inter ceteros, quos Achilli habebãt honores,solenni ritu pectus plãgebãt. testis Pausan.Eliac.β.Terræ cacumẽ de Lacinio intelligitur.*

Tauri.)*Erycis Siculi, qui hospites lucta uictos interimere solebat. filius autem fuit Veneris, quæ Colotis uocatur à iuuene quodam, qui à manib. et pedibus(ea Græcis κῶλα)olim suspensus,postquam à puella quadam solutus fuit,Veneri Colotidi templũ Athenis dedicauit. alij malunt à femorib. nomẽ duci, ut Lucianus à promontorio. Alentia uel Alesias dicitur Venus ab Alente, Colophonis fluuio, ad quem colebatur. Longurus,Siciliæ lacus,ut & Gonusa.* 61

Saltum.)*Corcyrã,in quã Saturni falx decidit. De Conchea nihil adhuc apud ullũ scriptorẽ reperire potui.De Sicanis uide Diodorum.*

Induti.)*Herculis,cui Iason,Crethei nepos,templum circa Syrtin, peractis ibi certaminibus,extruxit.*

C Seruant.)

Seruant.) *Strabo ε. καὶ δὴ καὶ ἀπὸ τῶν ἀποστλεγγισμάτων παγέντων, ἃ ἐποίησαν οἱ ἀργοναῦται, φασὶ διαμένειν ἔτι καὶ νῦν διὰ ποικίλας τὰς ἐπὶ τῆς ἠϊόνος ψήφους. Apollonius hæc Aethaliæ insulæ tribuit.*

Alios.) *Guneum, Prothoum, & Eurypylũ. Teuchira Libyæ urbs, pòst Arsinoe dicta. Atlantis diuersorium est Libya, in qua est Atlas mons altißimus, ab incola denominatus.*

Mopsum.) *Argonautam, Ampyci F. & Titeronis, qui urbi nomen dedit, nepotem is morsu serpentis perijt, teste Apollonio. Iam alius est hic Mopsus ab eo, qui suprà fuit Apollinis F.*

• Erexerunt.) *Idem fit Elpenori apud Homerum, Idmoni apud Apollon. Palinuro & Miseno apud Virgilium.*

Ausigda.) *Libyæ urbem, numero multitudinis, secundum Callimachum: insulam secundum Hecatæum. eam Cinnyphus præterfluit.*

Colchica.) *Medea. Quod heic de patera dicitur, id ab Apollon. tripodi cuidam Apollinis Hyllæensib. uiæ ducibus, & item alteri Tritoniæ paludis præsidib. donato tribuitur: apud quem deinde, sicut & apud Pindarum, glebam Triton Euphemo & Argonautis tradit in xenium. Scopulos dicit Syrtes. De Tiphy Ouidius,*

Tiphys in Aemonia puppe magister erit.

Regionis.) *Libycæ. Apollonius,*

——πέπρωτο δ' ὅπη χθονὸς ἰδρυθέντι,

μήποτε τὴν δηΐοισιν ἀναγῆσθαι ἰοῦσι.

Triton biformis uocatur, quoniam suprà homo, infrà piscis est. fuit autem rex Libyæ secundum ueram historiam. Per donum intellige pateram Tritoni donatam, quã deinde Libyes acceperint. Asbystæ sunt Libyæ populi. Cyphæi sunt in Perrhæbia, Gunei regno.

63 Tenthredonis F.) *Prothoum. Palythrium sumit pro Magnesia. Ceterum hunc uersum cum Stephano sic lego,*

ἀμφρύσιον σκηπτοῦχον ὀυρυάμπιον.

Amphrysus Magnesiæ fluuius, cuius & urbs Euryampe. Prothoi porrò epitaphium in cenotaphio tale reperitur,

σῶμα μὲν ἐν πόντῳ προθόου τενθρηδόνος υἷος

κεῖται, ἀνοίκτιστον δ' ὄνομα τύμβος ἔχει. id est:

Corpus

Corpus habet pontus Prothoi Tenthredone nati.
Iste uiri tumulus nomen inane gerit.

Lupi.) *Locus est in Thessalia, qui λυκοφόνιον appellatur, quòd ibi lupus quidã cum boues et oues, quas pro Actore interfecto, Peleus Acasto patri miserat, comedisset, in lapidẽ sit cõuersus. Huius loci, sicut & Thessaliæ totius, rex fuit Eurypylus: cuius latiorẽ historiã uide in Achaicis Pausaniæ. Tymphrestus Meliensium mons est, Thessaliæ populorum.*

Aegoneam.) *Meliensium urbem, alijs Aegonem. Echinus, Irus, Trachin, urbes Thessaliæ: Titarus uerò mons. Gonus etiam Gonusa dicitur, & ab Hom. αἰπεινὴ γονόεσσα. Phalanus & Oloösson (contractum ex Olooσσon) Epiri & Thessaliæ sunt urbes. Castanæa Magnesiæ urbs, de qua dicta sunt secundum quosdam τὰ κασταύια, sicut à Cerasunte cerasa.*

Alium.) *Philoctetem, qui cum in Lemno relictus esset, à Græcis postea fuit arcessitus, quoniam ad expugnandam Troiam, Herculis sagittis, quæ penes ipsum erant, opus uidebatur. Hinc Propertius,*

Troia bis Oetæi numine capta dei.

siquidem semel ab Hercule ipso capta fuit, iterum ipsius mortui sagittis, quas iubebat oraculum in castra Græcorum deferri. Aesarus, Crotonis fluuius. Ab hydro morsum fuisse Philoctetem, uel è Sophocle notum. De Crimissa Virgilius lib. 3.

——heic illa ducis Meliboei
Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro.

eam postea Lucanorum fuisse metropolin, tradunt interpretes.

Facis.) *Paridis, quem dum gereret in utero mater, facem in somnijs uisa est uidere. Tubicina Minerua ab Argiuis tanquam tubarum inuentrix colebatur. Illa, inquit Cassandra, telum Philoctetis in Paridẽ recta diriget, intendens nexum Mæotium, siue arcum flexilẽ (nisi quis πλόκον de crinibus malit dici) quem Hercules à Teutaro Scytha acceperat.*

Duræ.) *Trachiniæ fluuij, iuxta quem Hercules in rogo uiuus combustus est, ministrante illi Philoctete, & pro mercede arcum simul*

cum sagittis accipiente. arcum enim heic dracônem uocat, propter formam rotundam: ut alij, propter sibilum telorum. sic ὄφιν uocauit sagittam Aeschylus. Et quemadmodum heic lyræ de telis dicuntur, ita uicissim Pindarus cantica sua lyrica uocat tela: & ψαλμοὶ per translationem de arcu dicuntur. Molares pro telis ponit, quæ tanquam dentes, mordent.

Crathis.) *fluuius Sybaritidis. Ouidius:*

Crathis & hinc Sybaris uestris conterminus oris,
Electro similes faciunt auroq; capillos.

Alæo Apollini templum cum arcu dedicauit Philoctetes, postquã certam nactus sedẽ, ἀλᾶσθαι, id est, errare & uagari desijt. Nauæthus, Italiæ fluuius, à nauium incendio denominatus. uide Halicarnass.

Occident autem.) *Cum enim Pellenij ex Achaia profecti Italiam incolerent, superuenientes postea Lindij siue Rhodij, illos expellere uoluerunt. quod dum fieret, aduenit eò Philoctetes, qui à Rhodijs cum staret, occisus est in prœlio à Pellenijs.*

Quos.) *Lindios & Rhodios. nam Lindus est urbs Rhodi, in qua Thermydrus & Carpathus montes. Alienam terram, intellige Italicã.*

65 Macellis.) *Italiæ ciuitate, quam Polybius μάκελλαν uocat. Quoniam tamen Macellus Siculis & Ionibus hortorum septum significat, ut docet lib. 4. Varro: non absurdè quis existimet, μακέλλας heic maceriam sonare, in qua sepultus fuerit Philoctetes.*

Equi fabricator.) *Epeus Phocensis, Panopei (ab hoc urbs Panopeus dicta) F. qui Durateum equum fabricatus est. Langaria, urbs Italiæ, quam incoluit Epeus: id quod heic, tanquam ἐλλειπτικῶς propter hyperbaton sequens omissum, subaudiendum uenit.*

Quod de ouibus.) *Cum liberi Pterelai, Teleboarum ac Taphiorũ regis, boues Electryonis, Mycenarũ regis abegissent, & liberos unà occidissent: Alcmena, Electryonis filia, matrimonium suum illi promisit, quicunq; fratrum ipsius mortem ulcisceretur. qua accepta conditione Amphitruo, Cephalo Atheniẽsi & Panopeo Phocensi assumtis, Teleboas expugnauit opera Comæthonis, filiæ Pterelai, quæ Amphitruonis (secundum alios, Cephali) amore capta, aureum patris capillum desecuit.*

ſecuit. Iam in hoc bello milites ſuos ſacramento obſtrinxerat Amphitruo, ne quid de præda (nam per oues tota præda intelligitur) abſconderent. quod quidem iuſiurandum Panopeus transgreſſus eſt. Vxoria connubia dicit nuptias Alcmenæ, quas ambibat Amphitruo.

Aloetin.) Mars & Minerua, bellici ſunt dij, per quos peierarat Panopeus. Dicitur Minerua Cydonia à Cydonijs Arcadiæ uel Cretæ populis. eius templum Clymenus in Elide extruxit. Aloetis quomodo dici potuerit, non uideo, niſi ea fortè ratione, qua Bacchus ἄτης cognominatur, & Venus αἰδοία. Mars deinde Thraciæ deus uocatur, quòd olim Thraces fuerint bellicoſi. quanquam & in Thraciæ finibus procreatum tradidit Sophocles. Frater Panopei fuit Criſſus.

Dij.) Mars & Minerua, irati Panopeo periuro. Pugilem egregiũ fuiſſe Epeum, ex Iliade manifeſtum fit. Calaber etiam hoc elogium illi tribuit:

——ἀλλ' οὔ οἵ τις ἐτόλμα ἐνεγγυς ἱκέσθαι
εἵνεκα πυγμαχίης. πολέμου δ' οὐ πάγχυ δαήμων
ἔπλετο λουγαλέου, ὁπότ' ἄρεος ἔσσυτο δῆρις.

Cyris & Cyliſtarnus, Italiæ fluuij.

Statuam.) equum Durateum. hunc ad Mineruam Iliacam placandã Græcos erexiſſe, probare nititur Dio in oratione pulcerrima, quæ τρωϊκὸς inſcribitur. Myndia dicitur Pallas à Myndo, Cariæ urbe. Stephanus tamen eam uult in Chalcide coli. De hac Epei dedicatione conſcripta eſt Theocriti πέλεκυς (eam Simmiæ attribuit Hephæſtio) poema elegans & artificioſum.

Phœnodamantis.) cuius hiſtoria iam eſt explicata. Clades dicit eas, quib. Laomedon coactus fuit Heſionam filiam ceto exponere. Læſtrygones nunc Leontini uocantur.

Luctatoris.) Erycis, à cuius matre, Venere, ſeruatæ ſunt Phoenodamantis filiæ. 67

Catulum.) filium, Egeſtem nomine, & Aceſtem Virgilio dictum: qui tres in Sicilia urbes condidit, Segeſtam, ſiue Aceſtam, Erycem, & Entellam. Spurius Anchiſæ dictus eſt Elymus, quem in Siciliam, tres habentem colles atq; promõtoria, abduxit unà cũ alijs Troianis Egeſtes:

unde Trinacrius iuuenis uidetur à Poeta uocari. Historiam uide in Halicarnaß. fol.32. codicis Graeci.

Patriam.) *antiquam, nempe Troiam. Lego aūt heic προστρόπαιον uno uerbo. nam de lugubribus uestibus loquitur Cassandra. nisi quis malit προστροπαῖον gentile. est enim προστρόπαια Siciliae urbs. Quin etiam Gregor. Nazanzenus in tragoedia sua carmen hoc à Lycophrone mutuatus, προστρόπαιον habet.*

Intonsa.) *Hoc de uiris intellige. mulieres enim contrà comam in luctu tondebant apud Graecos.*

Multi.) *reliquorum Troianorū. Siris & Leutarnia, Italiae urbes. harum Siris postea πολίειον dicta, pro fluuio quoq; sumitur.*

Calchas.) *de quo suprà dictum fuit. Miris uerò modis torquet se heic Scholiastes, & solita audacia Lycophronem temerè reprehendit: Id enim sciendum est, Calchanti praedictam fuisse mortem in hoc tempus, quo in uatem se peritiorem incideret, ut Colophone accidit. eam historiam nunc Lycophron repetit, quasi diceret: Calchantem, postquam inferior in arte uaticinandi deprehensus est, occisum ab aliquo fuisse: quāuis alij dolore perijsse tradant. nā quod ait de Hercule Scholiastes, ab eo occisum Calchantē: id unde sumserit, nescio. ex Poetae certè uerbis nihil tale colligi potest, neq; adeò ex quoquam eorū, qui Herculis res descripserunt. Sepulcrum Calchantis, cuius heic fit mentio, honorarium duntaxat fuit. nam de eodem dicetur infrà,*

ὁ δ' αὐσονείων ἄγχι κάλχαντος τάφων
δυοῖν ἀδελφοῖν ἄτορος ψονδηκέων.

Sisyphium uocat Calchantem, quòd instar Sisyphi, qui etiam in prouerbium uenit, callidus calculator, & prudens fuerit. Theognis,

πλειόνα δ' εἰδείη αἰολίου σισύφου.

Dercyllidas quoq; Xenophonti Sisyphus cognominatur. Flagellum rotundum de pugno potest intelligi, quandoquidem & alios multos hoc modo sustulit Hercules, uel de fulmine. dicitur enim & γογγυλάτης Iupiter. Chonia siue Chone olim dicta fuit Italia, testibus Hesych. & Steph. Itaq; rectè apud Aristot. χῶνες pro χάονες à doctiß. uiro, P. Victorio, repositum est. Nominis originem quidam ad Herculem referunt,

qui cum Aegyptiorum lingua Chon uocaretur, in Italiam delatus, Chones à se quosdam denominauerit.

Dolore afficient.) *Cum enim Troiani isti in Italiam uenissent, Ionas siue Athenienses, qui priores illam occuparant sedem, expulerunt, adiuuantibus Crotoniatis & Achiuis: quiq; in Mineruæ templũ confugerant, eos unà cum sacerdote trucidarunt. Laphria & Tubicina cur dicatur Minerua, docuimus. pro ξουθίδος repono ξουθίδας, ex emendatione I. Aurati, uiri utraq; lingua doctißimi. nam Ion fuit Xuthi F. à quo Iones appellati Xuthidæ, teste Hesych.*

Gentilem.) *Græci enim cum Græcis, nempe Athenienses cum Achiuis, commißi erant. Pro flamine posset etiam proprium Letarchi nomen, qui fuerit sacrificulæ filius, poni. λήϊτον quidem Herodotus ab Achiuis prytaneum dici testatur.* 69

Alij.) *Græci. Tullesij montes sunt in Thessalia. Pro ἁλιομίκτοιο Scaliger legit ἁλιομήκτοιο.*

Amazonis.) *Cletes, quæ cum Penthesileam heram, quæ heic impigra puella uocatur, per mare quæreret, in Italiam tempestate delata, Cletẽ urbẽ cõdidit, cuius reginæ deinceps omnes Cletes nomẽ tenuerũt.*

Cuius.) *Penthesileæ, quam etiam post mortem Achilles amauit. Propertius:*

> Cuius ut auratam nudauit caßida frontem,
> Vicit uictorem candida forma suum.

Postquàm igitur cognouit à Thersite, qui heic propter formæ turpitudinem simiformis uocatur, eius oculum esse læsum, ipsum occidit.

Vrbem.) *Cleten. Quam heic uocat reginam Cleten, posterior fuit illa, quæ urbem condidit. siquidem omnes, ut dicebam, Cletes urbis reginæ, Cletæ uocabantur. Laures filios nuncupat Crotoniatas. Laure enim Crotonis uxor fuit. De Terina & Ocinaro dictum est.*

Ferentem.) *Nireum. Homerus,*

> νιρεὺς ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ ἴλιον ἦλθε
> τῶν ἄλλων δαναῶν μετ' ἀμύμονα πηλείωνα.

Aprum ducem intellige Thoantem, Andræmonis & Gorges F. Aetolũ natione, est enim Lycormus Aetoliæ fluuius. Pedata uela dicit, quòd

pede

pede suo siue fune subtus utrinq; tendantur & circũagantur.nã, ut inquit interpres Apollonij, τὰ χοινία, οἷς ἰσχυροποιεῖται ὁ ἱστὸς κατὰ τὰς γωνίας, πόδας καλοῦσιν, ἐφεξῆς δὲ τούτων, προπόδας. *Virgilius,*

Vnà omnes fecêre pedem.——*Lucanus quinto,*
——& flexo nauita cornu
Obliquat læuo pede carbasa.——*& octauo,*
——quo nunc pede carbasa tendi
Nostra iubes.——

Catullus pedem pro ipso uelo posuit. Plautus uersoriam uocat, ut nuper Turnebus docuit, uir doctißimus. Argyrini porrò sunt Epiri populi, teste Stephano, ne Scholiastis deliria sequamur. Ceraunia quoq; Epiri promontoria.

71 Lacmonij.) *Lacmone uocatur Pindi montis uertex, à quo multi oriuntur fluuij, in his Aeas.*

Vicinus.) *Aeanti. Crathidẽ Callimachi scholiastes in Arcadia, Herodotus in Achaia ponit, à quo etiã is, qui in Italia fluit, nomẽ acceperit. id quod et Pausaniæ uidetur. Mylaces, Epiri populi, in qua Nereus ac Thoas cum suis habitarunt. Polæ etiam oppidũ est Epiri, quod Colchi, cum Medeam non inuenissent, ad quam inuestigandã ab Aeete (is fuit Aeæ urbis in Colchide, et Corinthi princeps) mißi fuerant, nec auderent in patriam reuerti, iuxta Dizerum fluuium extruxerunt, & ab exilio, quoniam* πόλαι *Colchis exules notant, denominarunt. Callimachus, citante Strabone, de Colchis & Polis hæc cecinit:*

οἱ μὲν ἐπ' ἰλλυρικοῖο πόρον σχάσαντες ἐρετμά,
λᾶα παρὰ ξανθῆς ἁρμονίης ὄφιος
ἄστυρον ἐκτίσαντο, τὸ μέν φυγάδων τις ἐνίσποι
γραικός, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε πόλας.

Apollonius quoq;,

οἱ δ' ἄρ ἐπ' ἰλλυρικοῖο μελαμβαθέος ποταμοῖο,
τύμβος ἵν' ἁρμονίης κάδμοιό τε, πύργον ἔδειμαν
ἀνδράσιν ἐγχελέεσσιν ἐφέστιοι.——

Hanc urbem Plinius Colchinum uidetur uocasse. Sponsiferam nauem uocat Argonem, qua Medea fuerat abducta.

Meliten

Meliten insulam.) *Pachyno obiectam: à qua Melitæi catelli celebrantur, quanquam alij ad Illyricam Meliten hanc originem referāt. Othronus, inter Epirum & Italiam insula.*

Sisyphij filij.) *Vlyßis, qui cum propter Hecubam lapidatam insomnijs territus in Sicilia fuißet, Hecate, quæ somnijs præest, templum extruxit, & Hecubæ cenotaphium. unde factum est, ut pars quædam Pachyni ab Vlyße denominata fuerit Vlysseum promontorium. Longatis hoc loco Hecate dicitur, quemadmodum suprà Mineruа. solent enim aliquando poetæ idem epitheton diuersis dijs attribuere.*

Aui occisor.) *Elpenor, qui auum Abantem, quem uidebat negligenter à famulo duci, imprudens occidit. nam in seruum directo baculo, casu auum petijt, ut etiam Tlepolemus Licymnium. qua de causa cum exulare cogeretur, expeditionis Troianæ socius fuit, et inde in Epirum deuenit. Homerus tamen ad Troiam occisum tradit, & epitaphium Græcum, cuius hæc est inscriptio: ἐπὶ Ἐλεφήνορος κειμένου ἐν Τροίῃ. Coscynthus aliter Euripus dicitur, Euboeæ fluuius.*

Integro a. e.) *Hoc Græci uno uerbo ἀπενιαυτίσαι, & exilium ipsum ἀπενιαυτισμὸν dicunt. Solebant autem ueteres, si quem ciuium, ac præcipuè propinquorum occidissent, annuo exilio multari.*

Telphusia.) *Arcadica, à Telphussa, urbe Arcadiæ. estq; hoc Erinnyis epitheton. eam enim Thelpusij (sic eos uocat Pausanias) Cererem appellant. Abantis, urbs Illyriæ (Amantia κατὰ βαρβαρικὴν τροπὴν teste Steph. dicta) ab Abantibus Troia redeuntibus condita. Atitanes Epiri populi. Iam pro πράκτιν, uel πράκτην, uel πλακτὴν (quorum nullum placet) lego ἀκτὴν, idq; sumo ἰμφατικῶς (quemadmodum et Plutarchus Arato. præsertim cum adijciatur αὐτὴν) pro Leucade, quā Homerus ἀκτὴν ἠπείροιο dixit: licet id Stephanus Nerico tribuat, sed Leucadi postea dictæ. Prope Leucadem est Actium promontorium. Varias Actas enumerat Stephanus. Pro πολυαύθου quoq; restituo πολυανθοῦς, ex Apollonio & Steph. est enim Polyāthes Chaoniæ fluuius, de quo sic Apollonius:*

ἠμαθόεις φαέθων πέσεν ἅρματος ἠελίοιο
λίμνης ἐς προχοὰς πολυανθέος, ἡ δ' ἔτι νῦν περ

τραύματος αἰθομένοιο βαρὺν ἀνελκόμενον ἀτμόν. idest,

Semustus Phaethon Solari decidit axe
Florentem in Polyanthis aquam, quæ nunc quoq; paßim
Vulneris ardentis tetros expirat odores.

73 Alius.) *Podalirius, frater Machaonis, ab Eurypylo occisi, ut refert Calaber. De Asclepiadarum peregrinationib. Aristides, orator disertißimus, hæc tradit: τοῦτο μὲν τὴν θεραπείαν ἐμβιβᾶσιν εἰς ὑποδοχὴν τοῦ πατρὸς, τοῦτο δὲ, ὡς ὁ κάτω λόγος, πλεύσαντες εἰς Κῶ τὴν Μεροπίδα, οἰκίζουσί τε, καὶ εἰς ἤθη πρέποντα τῇ φύσει τῆς χώρας κατέστησαν. & paulo pòst: ἔσχον δὲ καὶ τὸν Καρικὸν τόπον, καὶ Κνίδον τὴν τῆς Ἀφροδίτης ἕδραν. ἀπέλαυσε δέ τι καὶ Κύπρος αὐτῶν. De Calchantis sepulcro dictum est. Pro ἐγχύσει Scaliger mauult ἐγκύσει, & mox τύμβεε pro τύμβον.*

In ouillis.) *Daunij enim secundum quietem accipiebãt oracula, cum ouillis pellibus ante templũ siue aram Podalirij incubarent. lauabant præterea simul cum pecorib. in Althæno fluuio, ualetudinis causa. Aesculapius olim Epius dicebatur, ut & medicus quilibet. eius filius, Podalirius.*

Legatis Aetolorum.) *Diomedes, ut suprà diximus, Dauniæ terræ imprecatus fuerat, ne unquam fructum ferret, nisi ab aliquo eius gentili coleretur. Venerunt igitur post aliquod tempus in Dauniam Aetoli, & hereditariam terram repetierunt. Iustinus tamen initio duodec. hanc historiam sic enarrat:*

Pulsi ab Apulis (*Diomedis socij*) cõsulentes oracula, responsum acceperãt, locũ, quẽ reperissent, perpetuò possessuros. Hac igitur ex causa per legatos, sub belli cõminatione, restitui sibi ab Apulis urbẽ (*Brundusiũ*) postulauerãt. Sed ubi Apulis oraculum innotuit, interfectos legatos in urbe sepeliunt, perpetuò ibi sedem habituros. atq; ita defuncti responso, diu urbem possederunt.

Salangi & Angæsi sunt Italiæ populi. Diomedes autem filius fuit Tydei, quem heic cerebriuorum uocat, quòd Melanippi hostis, à quo grauiter

riter uulneratus fuerat, cerebrum in bello Troiano uorarit, ut est apud tragicos.

Nauboli posterorum.) *Schedij & Epistrophi, ducum Phocensium, qui ad Troiam perierunt. Temessa Calabriæ ciuitas est, quam antea Tamasam uocauit. Hipponium Italiæ mons. Ceterùm in Temessam etiam Vlysses aberrauit: cuius rei historiam describit Pausan Eliac. β.*

Crisses.) *in Phocide. Lilæa quoq;, Anemorea, Amphissa, Abæ, Phocidis urbes.*

Setæa.) *Hæc mulier fuit Troiana, quæ cum in exilium abduceretur, & iter longius ægrè ferret, naues Troianorum apud Crathidem & Nauæthum, Italiæ fluuios combusßit. qua re cognita Troiani ipsam ad rupem quandam, quæ inde Setæa dicta, ut & regio ipsa Setæum, cruci affixerunt.*

Membletis.) *Italiæ fluuij. Quam heic ὠφρυωτὴν νῆσον uocat Lycophron, eadem uidetur, quæ κύρνος dicitur: quam quidẽ Latinis Corsicam esse, ignorat nemo. Lametus etiam Italiæ fluuius, iuxta Crotonẽ.* τβ

Atq; illos q.) *Epilogus enumerationis Græcorum, qui peregre uel perierunt, uel diu uagati sunt, & nouas deduxerunt colonias. hinc ad eos transit, qui in patriam reuersi, indignè sunt excepti.*

Cerdylæ.) *Ioui, qui à lucro sic denominatus uidetur, ut ab urbe Larynthius. Cum echino comparat Nauplium, propter astutiam. de eius technis diximus. Gallinas dicit uxores Græcorum Troiam profectorũ. Nauiuoras faces intelligit eas, quas de Caphareo mõte suspenderat Nauplius. Ramum uocat Palamedem dolis Vlyßis interfectum, & in Lepetymno, monte Methymnæo sepultum.*

Vnus.) *Agamemnon. is Mycenas reuersus, ab uxore fuit interfectus, sumta in balneo tunica, quæ nec colli nec manuum exitus haberet. Homerus in mensa occisum tradit, ὥς βοῦν ἐπὶ φάτνῃ. Cum Lycophrone facit Aeschylus Eumenidibus. De balneis ueterum hæc Artemidorus: πάλαι μὲν εἰκὸς ἦναι πονηρὰ τὰ βαλανεῖα: ἐπεὶ μὴ συνεχῶς ἐλούοντο οἱ ἄνθρωποι, ἀλλ' ἢ πόλεμον καταγεγραφάμενοι: ἢ μεγάλως πονούμενοι πόνους. ἦν γὰρ αὐτοῖς ὑπόμνημα πόνου ἢ πολέμου τὸ βαλανεῖον, καὶ αὐτὸ τὸ λούεσθαι.*

77 Tænarum.) *ad inferos, quo fert ex Tænaro uia. Leænam dicit Clytæmnestram.*

Ego autem.) *Cassandra enim simul cum Agamenone, cui ab Aiace tradita fuerat, in balneo, tanquã pellex est occisa. Eodem quoq; modo apud Aeschylum de morte sua uaticinatur Cassandra, & sic ait inter cetera:*

ἐμοὶ δὲ μίμνει σχισμὸς ἀμφήκει δορί.

Siquidem mihi.) *Quæ heic est in contextu loquendi forma, gemina est illi Euripidis Alcestide,*

ἐν ταῖσιν αὐταῖς γάρ μ' ἐπισκήψω κέδροις
σοὶ τούσδε θεῖναι πλευράς.——& iterum:
πώλους σιδήρῳ τέμνετ' αὐχένων φόβην.

Nec discrepat hinc, quod extremis Troadib. legitur, *μέλας γάρ σ' ὄσσε κατακαλύψει θάνατος.* sic enim hunc locum restituimus. Neq; ignotũ est Homeri hemistichium,

ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.

Similiter quoq; Virgilius:
——nec te tua funera mater
Produxi:——*quem locum peruertunt interpretes.*

Vipera dipsas.) *Clytæmnestra, de qua sic eadem apud Aeschylũ,*

——*τί νιν καλοῦσα δυσφιλὲς δάκος,*
τύχοιμ' ἄν; ἀμφίσβαιναν ἢ σκύλλαν τινὰ
οἰκοῦσαν ἐν πέτραισι, ναυτίλων βλάβην,
θύουσαν ᾅδου μητέρ', ἄσπονδόν τ' ἀρὰν
φίλοις πνέουσαν;——

Viperam autem à dipsade differre, naturæ studiosis notum est.

Sine gemitu.) Pro *ἀστενάκτα* uidentur Scholiastæ quidã Græci *ἀστέμβακτα*, id est, sine intermißione ac mutatione, legisse.

Vocans autem.) *Miror audaciam prioris interpretis, qui hæc ad Clytæmnestram refert, ideoq; θεύσει pro θεύσω ausus est reponere: cum & sensus huic repugnet, & scriptorum testimonia longe aliò uergant. Nam apud Homerum Agamennon ad Vlyssem de Cassandræ clamore & ciulatu sic ait,*

εἶκτρο-

οἰκτροτάτην δ' ἤκουσα ὄπα πριάμοιο θυγατρὸς
κασσάνδρης, τὴν κτεῖνε κλυταιμνήστρη δολόμητις
ἀμφ' ἐμοί.——

Aliud etiam testimonium si quis requirat, Imagines Philostrati consulat.

Catulus.) *Orestes. de quo sic eadem apud Aeschylum:*
ἥξει γὰρ ἡμῶν ἄλλος αὖ τιμάορος,
μητροκτόνον φίτυμα, ποινάτωρ πατρός.

Tractarunt hoc argumentum Sophocles Electra, Aeschylus Choephoris.

Maritus.) *Agamemnō, cui mortuo templū Spartani dedicarunt, Agamenonis Iouis appellatum. Sicut enim Iupiter Spartæ uocabatur Agamemnon, ut suprà diximus, sic Agamemnon uice uersa post mortē cognominatus est Iupiter. Similiter in Aegypto Venus Zephyritis appellata fuit Arsinoë, reginæ cognomine, ut apud Callimachū in Athen. lib. 7. & Arsinoe rursum Zephyritis, ut apud Catullum est uidere, & Edylum in Athen. lib. 11. ubi & Arsinoes templū commemoratur. Aristæus quoq; Iupiter quondam dictus est, si Apollonij scholiastæ credimus: & Pythionice meretrix, Venus, teste Theopompo. Quin etiam Ammonis ac Beli cognomina ab hominib. desumta, testatur Pausanias. Oebalus autem Tyndari pater fuit, rex Spartanorum, secundum quosdam.*

Templum.) *Pausanias quoq; de templo quodā Alexandræ, Amyclis extructo, scribit in Laconicis: atq; alio Leuctris. Dardanus, Italiæ urbs, iuxta palustres Salpes aquas.*

Hectorea.) *quæ in occipitio nutriebatur. Errat enim hac in re Scholiastes, & quicunq; eum secuti sunt. Sic enim Timæus, citante Polluce li. 2. τὴν κουρὰν ταύτην προστάλλεσθαι μὲν δεῖ περὶ τὸ μέτωπον, περιεχύσθαι δὲ τῷ τραχήλῳ. Abantum autem coma aliter, ut poeticè loquar, secabatur.*

Remedium.) *Adumbrauit illud Euripidis ex Hippolyto,* 79
πένθη μέγιστα δακρύων καρπούμεναι.

Multa quidem habet hic poeta ex Euripide atq; etiam Sophocle sum-

ta hemistichia: sed nobis omnia annotare non libet.

Furiarum uestem.) *id est, nigram. cum tali enim ueste pingebantur Furiæ. Virgines igitur Dauniæ, quæ nubere nolebant, uestem nigram sumebant, & ambulabant cum baculo. faciem quoq; cærulea tinctura deformabant.*

Luctum contra.) *Tertio post excidium Troianum anno pestis grauissima per totam Locrensem regionem est grassata. de hac sedanda Apollo consultus, iussit Locrenses mille deinceps annis cõtinuis ad Mineruam Troianã, quæ ipsis ob Cassandræ stuprum grauiter esset infensa, puellas duas sorte lectas mittere. Eas deinde Troiani, cum primũ mittebantur, in itinere occidebant, & combustorum cadauerum cinerem proijciebant in mare. unde aliæ cautiores deinceps factæ, furtim Troiam usq; in Mineruæ templum commeabant, ubi postea Deæ perpetuò ministrabant. quem quidem morem ad suam penè ætatem usque durasse testatur Plutarchus, περὶ τῶν βραδέως τιμωρουμένων, adductis etiam poetæ cuiusdam hac de re uersibus, ἀλλὰ μὲν οὐ πολὺς χρόνος ἀφ' οὗ λοκροὶ πέμποντες εἰς τροίαν πέπαυνται τὰς παρθένους,*

> *αἳ καὶ ἀνάμπεχοι γυμνοῖς ποσὶν ἠΰτε δοῦλαι*
> *ἢ οἶαι (lego ἠοῖαι) σαίρεσκον ἀθηναίης περὶ βωμὸν*
> *νόσφι κρηδέμνοιο, καὶ εἰ βαρὺ γῆρας ἱκάνοι,*

διὰ τὴν αἴαντος ἀκολασίαν. Quocirca minus mirum uideri debet, quod inquit paulo pòst de millenario tempore Poeta. Si quis enim à Troia capta mille deinceps annos numeret, ad 574. annũ ab V. C. perueniet. Quid quod etiam D. Hieronymus huius historiæ quodam loco meminit his uerbis:

> Iustum est & Locridas uirgines non tacere: quæ cum Ilium mitterentur ex more per annos circiter mille, nulla obsceni rumoris & pollutæ uirginitatis ullam fabulam dedit.

Veneris prædonem uocat Aiacem, quòd Cassandram uirginis nomine spoliauerit.

O Larymna.) *Enumerat regiones eas, ex quibus puellæ sorte ductæ, Troiam sint missæ. Larymna Bœotiæ urbs est, secundũ Strabon. & Pausan.*

& Pausan. Spercheus & Boagrius sunt fluuij Thessaliæ, Locridi uicinæ. Cynus, urbs Opuntis & nauale. Scarphea, cui postea Pharygis nomen inditum: Naryx, à qua Narycius dictus Aiax: Phalorias quoq; ac Thronium, Locridis sunt oppida. Hodœdocea domus ab Hodœdoco, Oilei patre, teste Eustathio, denominatur. Itaq; pro ἰλέως *lubens reposuerim* εἰλέως *(aut saltem dixerim, primam nominis huius literam poetica licentia, qua etiam Hesiodus, Pindarus, & Euripides usi, sublatã) quam quidem coniecturam nostram, sicut & alias quasdam, Scaliger quoq; in uersione sua secutus est. Gygæa Minerua uidetur à palude Gygæa dicta. uocatur etiam Agrestis de agriculturæ inuentione.*

Traronis.) *mõtis Troiani, ut uult Scholiastes. Scaliger, quẽ heic sequi malim,* τρήρωνος *legit. Quod autem de combustione ait, fuit hoc apud ueteres quoddam sacrificij genus, quo ciuitates fame uel peste laborantes expiabantur. atq; ad id infelicia ligna solere adhiberi, refert Macrobius. Sithonia filia fuit Rhoetea, à qua dictum Rhoeteum promontorium, quod heic totum agrum Troianum comprehendit.*

Amphiræ.) *Mineruæ, quæ cur hoc nomen habuerit, adhuc ignoro. Robusta autem Troezenijs colebatur, quemadmodum Robustus Iupiter Argiuis.*

Baculum.) *ramum, ad uerbum. Propertius,* 81

> Ille etiam Hylæi percussus uulnere rami. *& iterum,*
> Mænalio iacuit pulsus tria tempora ramo.

Perniciosam gentem.) *Locrensium, quorum princeps, Aiax, olim Troianis perniciosus fuerat.*

O' mat er.) *Hecubam alloquitur, quomodo Penelopen Telemachus Odyss. ψ.*

> μῆτερ ἐμὴ δυσμῆτερ, ἀπηνέα θυμὸν ἔχουσα.

Persei siue Persæ filia est Hecate, quæ Perseis ideo uocatur, & à se deinde Perseides herbas denominat. uocatur & Brimo, quòd cõtra Mercuriũ infremuerit, licet hoc Ioui filio tribuat Clemẽs Alexãdrinus. Hecubã porrò ab Hecate trãsformatũ iri dicit, quòd illa canũ sit dea. De Strymone & Zerintho dictum est. Pheræa nuncupatur Hecate à Pheris, urbe Thessaliæ. Alij tradunt eam Iouis & Pheræ filiam fuisse.

Herilibus.

Herilibus.) *Vlyßis heri, cui Hecuba sorte obtigerat, ut est in Eurip. is enim honorarium Hecubæ sepulcrum, ut suprà diximus, in Sicilia extruxit. Triceruicem uocat Hecaten, ut modò triformem. nam, ut ille ait,*

——tria sunt Hecateidos ora Dianæ.

siquidem Hecate Proserpina censetur: ac Diana inferna dicitur Hecate, sicut inferna Iuno, Proserpina.

Frater.) *Hector. eum propter pietatem & cultum deorum, post mortem in beatorum insulas prædicit abducendum esse. Ceterùm Ophion ante Saturnum cum Eurynome in cælo regnabat: cuius solium postea tenuit Iupiter, expulso Saturno, Ophionis successore. Natalem Iouis terram dicit Thebas, ubi locus erat quidam, Διὸς γοναὶ dictus, in quo Iupiter, secundum quosdam, natus est. Thebas quoque uocarunt Græci quidam beatorũ insulas, ut habet epigramma apud Herodotũ,*

αἵδ' εἰσὶ μακάρων νῆσοι, τόθι πὸρ τὸν ἄριστον
ζῆνα θεῶν βασιλῆα ῥέη τέκε τῷδ' ἐνὶ χώρῳ.

Mater Iouis est Rhea, quæ Eurynomen, priorem reginam, de cælo deturbauit. quare & luctæ perita hoc loco dicitur.

83 Pueri uoras.) *Lapidem Saturno, qui liberos omnes deuorabat, pro Ioue suppositum fuisse, ut & equum pro Neptuno, docẽt fabulæ. Iam Pausanias extremis Bœoticis supra Chæroneam tradit esse montem Petrachum, in quo Saturnus hunc lapidem comederit. Centaurum uocat Saturnũ, quod infrà draco fuerit, itaq; biformis, instar Cẽtauri: uel quòd olim in equum se conuerterit.*

Quo te.) *Cum Thebani bello simul & peste uexarentur, Apollinis oraculo iußi sunt Hectoris ossa Thebas deferre. id erat huiusmodi, citante Pausania:*

θηβαῖοι κάδμοιο πόλιν καταναιετάοντες,
αἴκ' ἐθέλητε πάτραν οἰκεῖν σὺν ἀμύμονι πλούτῳ,
ἕκτορος ὀστέα πριαμίδου κομίσαντες ἐς οἴκους
ἐξ ἀσίης διὸς ἐννεσίῃς ἥρωα σέβεσθε. id est:
Cadmei ciues, dentalis clara propago,
Si patria ultis felices degere auita,

Priamidæ

Priamidæ Thebas arceßite Hectoris ossa
Ex Asia Iouis auspicijs heroa colentes.

Huc pertinet epitaphiũ Hectoris, nuper in schedis antiquis repertũ,

ἐπὶ ἕκτορος κειμένου ἐν θήβαις.
ἕκτορι τόνδε μέγαν βοιώτιοι ἄνδρες ἔτευξαν
τύμβον ὑπὲρ γαίης σῆμ' ἐπιγιγνομένοις. *id est,*

Hectori Thebis.

Heroum tibi Bœoti terram super, Hector,
Hoc struxêre uiri, lucida signa suis.

Ogygi populum uocat Thebanos, ab Ogygo rege. eosdem præterea ex dentibus draconis à Cadmo satis ortos esse, non est obscurũ: licet nõ nulli διὰ τὸ σποράδην οἰκῆσαι, *eos Spartos dictos putent.*

Lepsij Terminthei.) *Lepsius dicitur Apollo ab oraculorum obscuratate: Termintheus ab herbis quibusdam. Ophrynium est Troiæ oppidum, in quo erat Hectoris sepulcrum. Calydni mœnia Thebas dicit à Calydno, rege Thebano. Aoniam quoq; fuiße prius appellatam Bœotiam, testatur Apollonij scholiastes, & Theocritus,*

ἀονίῃ πεδίοιο βαθεῖαν βῶλον ἀρῶντες,

de agro Thebano loquens. Tenerus deniq; Apollonis fuit F. cuius apud Ismeniũ extabat oraculũ, de quo Pindarus Pyth. 11. De Ectenis diximus.

Gnosum.) *quæ est Cretæ urbs, ut & Gortyna. Cretæ autem imperabat Idomeneus. Piscatorem dicit Nauplium, qui instar piscatoris coniuges Græcorum in adulterium pelliciebat.*

Leucum.) *Talonis F. apud quem Idomeneus, Troiam petiturus, regnum deposuerat. ille uerò à Nauplio instigatus, occisa uxore & liberis Idomenei, regnum Cretense sibi uindicauit. Alumnum dicit eundem Leucum, quem, cum puer esset expositus, alendum pro adoptato susceperat. Idomeneus eidem quoq; filiam se daturũ in uxorem, post quam domum rediisset, promiserat.*

Oncææ.) *Oncæa Ceres seu Erynnis in Oncio, Arcadiæ regione, secundũ Pausan. colebatur, ut & Apollo Oncæus. Cereri porrò in fouea tẽpli, ceu infernæ deæ, sacrum fiebat. cuius geminum quiddam suprà de Baccho relatum est.*

85 Gloriam.) *Originem Vrbis & imperij Romani, ab Aenea ad Romulum & Remum deducti, deinceps explicat.*

Consanguineus.) *Aeneas. Tros enim Ilum genuit & Assaracũ: quorum ille Laomedontem, Priami patrem, hic Capyn, patrem Anchisæ, procreauit. Ab Aenea deinde orti Romulus & Remus, quos heic leunculos uocat. Castnia & Choeras, Veneris epitheta, matris Aeneæ. ac de Castnia quidem antè diximus: Choeras autem à porcis, quos illi mactabant Argiui, potest nuncupata uideri.*

Rhæcelum.) *Macedoniæ urbem. Cissus etiam eius regionis mons est. Laphystiæ mulieres aliter Mimallones uocantur. nomen ducunt à Baccho, qui Laphystius à monte quodam Boeotiæ denominatur. gerunt quoq; cornua, Bacchi exemplo. Pro ἀλμωνίας lego ἀλμωπίας ex Stephano & Thucyd. est enim regio Macedoniæ, ab Halmope gigãte nomẽ sortita, et postea Minya dicta. Pausanias tamẽ Halmones ui cũ Boeotiæ tradit. Pisa & Agylla (quæ aliter Cære) urbes Italiæ. Virg.*

Vrbis Agyllinæ sedes, ubi Lydia quondam
Gens bello præclara, iugis consedit Etruscis.

Agyllæ etiam nymphæ meminit Silius Ital. initio quinti.

Cum illo.) *Aenea. Nanus quondam appellatus fuit Vlysses. alij hoc uocabulum Tyrrhenum esse malunt, & errone sonare. Vlysses igitur primum Aeneam ad fœdus feriendum adiget. deinde etiam adiungent se Aeneæ Tarchon & Tyrrhenus, Telephi filij: cuius quidem societatis causam Euandro tribuit Virgilius, qui & lib. 10. sic ait,*

——Tarchon
Iungit opes, fœdusq; ferit.——

Simul) *Quemadmodum heic σὺν usurpatur, ita quoq; apud Sophocl. Antigone,*

——*σὺν δέ νιν*
θηρώμεθ' εὐθὺς οὐδὲν ἐκπεπληγμένην. & Eurip. Hippolyto,
σὺ τὰν θεῶν ἄκαμπτον φρένα καὶ βροτῶν ἄγεις, Κύπρι. σὺν δ' ὁ ποικιλόπτερος, &c. Nec aliter intelligendum est illud, σὺν διοσά, quod olim in oraculo quodam Sibyllino reponendum docuimus. Pro σὺν nonnunquam usurpant σύ, ut Sophocles initio Oedipi regis,

——σὺ δ' ὁ πυρφόρος θεὸς
σκήψας ἐλαύνει λοιμὸς ἔχθιστος πόλιν.

Cuius.)*Historiam Telephi uulnerati suprà enarrauimus. Vocatur Bacchus Latitans, quod eius mysteria nocte celebrabantur: symbolicè uerò, quasi uinum diligenter seruandum sit & abscondendum.*

Herculeo.)*Telephus enim pater, Herculis erat F. ex Auge, Alei filia.*

Oraculorum.)*ab Harpya, si Virgilio credimus, & Anchise acceptorum, uel potius à Ioue Dodonæo. ea iubebant Aeneam eo loco urbem condere, ubi, postquam socij mensas comedissent, quadrupes animal præcedens procumberet.*

Aboriginum.)*quo quidem nomine quondã fuerunt Itali. Quod autem triginta urbes ab Aenea conditas ait Lycophron, defendi sanè uix ulla ex historia potest. quinimo ueniam meretur omnino Poeta, si Chalcidensis ipse, in historia Romana, quæ ipsius ætate paucis erat cognita, minus fuit uersatus. Ceterum uera historia tradit, Aeneam quidem Lauinium condidisse, filium autem, Ascanium, tricesimo pòst anno Albam extruxisse, albæ suis omine dictã, quæ fuit, ut ait Iuuenalis,*

——nunquam uisis triginta clara mamillis.

Vltra Latinos.)*Stephanus hunc uersum sic legit,*

ὑπὲρ λακίνι', Δαυνίων οἰκισμένην. *ut sint urbes Italiæ duæ.*

Totidem.)*Heic etiam Scholiastes antiquum obtinet, quæq; non intelligit, ineptè carpit.* 7

Cuius etiam.)*Nonius Marc.*

Grundules lares dicuntur Romæ constituti ad honorem porcæ, quæ triginta pepererat.

Myndiæ Pallenidi.)*Minerua cur Myndia uocetur, iam diximus: Pallenis autem dicitur à Pallene, uico Atticæ. Eurip.*

παλληνίδος γὰρ σεμνὸν ἱπποδρόμων πάγον
δίας ἀθάνας.——

Canes.)*Græci, qui, direpta Troia solum Aeneam, ut uolunt nonnulli, liberum dimiserunt. Xenophon* κυνηγετικῷ, Αἰνέας δὲ σώσας μὲν τοὺς πατρῴους καὶ μητρῴους θεοὺς, σώσας δὲ καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα,

δόξαν εὐσεβείας ἐξενήνεχατο, ὥστε καὶ οἱ πολέμιοι μόνῳ ἐκείνῳ ὧν ἐκράτησαν ἐν Τροίᾳ, ἔδοσαν μὴ συληθῆναι.

Patriam.) *Romam. hanc Aeneas per posteros, Romulum & Remum, extruxit. Circæus mons est, uel litus, à Circe incola denominatũ. Ouidius,*

Et quod adhuc Circes nomina littus habet. *Virg.*
Circæumq; iugum.——

Horatius etiam Circæa mœnia dixit. Acetes, Italiæ portus, ad quem Argo nauis quõdam fuit appulsa. uerùm est alius ab Argoo portu Aethaliæ insulæ. Titon, Italiæ fluuius, qui non in mare, sed in specum quandam defluit.

Quid enim.) *Post longam enumerationem uariarum calamitatum ex bello Troiano tum Græcis tum Troianis ortarum, quærit apud se Cassandra, quæ fuerit belli tanti origo, quod inter Asiam & Europam fuit commissum, quarum tamen exactißimè definiti sint termini. Prometheum ex Iapeto peperit Asia, ut Sarpedonem ex Ioue Europa: à quibus continentes duas quidam denominatas uolunt. Inhospitalem fluctum uocat pontum Euxinum, quem Aeschylus simili figura ἐχθρόξενον dixit. Tanais porrò per paludem Mæotidem, ex qua oritur, purus transit, non permistus: qui mos est rapidorum fluminum. Pernionibus laborant Scythæ, paludis accolæ, propter intensum loci frigus.*

19 Pereant nautæ.) *Originem & seriem bellorum inter Asiam & Europam usq; ad Magnum Alexandrum gestorum exorditur hoc loco Poeta, miro artificio & uenustate contextã. iuuabit autem hæc cum initio Herodoti conferre.*

Carnitæ.) *Phœnices, ex Carne, Phœniciæ urbe. illi enim Argos profecti, Ionem, Inachi regis filiam, rapuerunt, & ad Osiridem, Aegypti principem, abduxerunt. ea bouis faciem habuisse dicitur, quòd in bouẽ olim fuerit mutata. qua de causa etiam tauriuirgo nuncupatur. Lerna, palus Argiua: secundum quosdam, etiam urbs. Continentes duas dicit Asiam & Europam.*

Curetes.) *qui Iouem in Creta educarunt. Cretenses enim Europã uicißim pro Ione ex Sarape, siue Sarapta, Phœniciæ urbe, rapuerunt.*

Dictum,

Dictæum palatium est in Creta, cuius mons Dicte. Stellatum imp. uocat Iouem, qui cũ Europa rem habuit: nisi malis Asterũ per Syncopen dici Asterium, Minois F. qui Europam, postquam à Ioue rapta fuit, in uxorem duxerit, ut autor est Diodorus Siculus.

Scamandro.) *qui cum filio, Teucro, in Asiam profectus est ad coloniam deducendam, cum datum esset illi oraculum, ut eo loco urbem conderent, quo terrigenæ ipsos inuaßissent. Ad Troiam igitur cum uenissent, mures eadem nocte arma ipsorum arroserunt. quo euentu postquam intellexerunt oraculum esse absolutum, Sminthium siue Sminthам urbem extruxerunt, & in ea Sminthij Apollinis templum (in eo sepulta fuit Herophile Sybilla, templi eius quõdam æditua) à muribus, quos Cretenses uocant Sminthos, denominati. Dardanus deinde Arisbam uel Bateam, Teucri filiam uel sororem, duxit: ex qua Erichthonium, patrem Trois, auum Ili procreauit.*

Rapaces.) *Pro ἀρπαγας Stephanus et Eustathius legũt ἀτρακας, id est Theßalos. est enim Atrax Theßaliæ oppidũ & fluuius. Catullus,*

Smyrna cauas Atracis penitus mittetur ad undas.

Hinc Atracius pro Thessalico. Statius,

——qualis per nubila Phoebes
Atracia rubet arte labor. ——*Valerius Flaccus,*
Quamuis Atracio Lunam spumare ueneno
Sciret, & Aemonijs agitari cantibus umbras.

Regi.) *Iasoni. Argonauticam historiam totã habent Orpheus & Apollonius. Cytæa, urbs Colchidis. Pro λιγυστινὴν in Stephano legitur λιβυστίνην. sunt autem Libystini Colchis uicini. Sin alterum malis, dices cum Eustathio, à Tyrrhenis Ligurib. deductam fuisse in Asiam coloniam. Promiserat autẽ Iasoni uellus aureũ Aeetes, ut est in Apollonio, si prius tauros igniuomos sub ferreum iungeret aratrum, itaq; draconis à Cadmo interfecti dentes sereret. quod certamen cum Iason opera Medeæ pharmacorum peregisset, ijsdem deinde pharmacis etiam draconem, uelleris aurei custodem, sopiuit, & impunè uellus abstulit. Iam Iasonem à Medea recoctum fuisse, notum est. Ouem uocat Medeam, quæ Absyrtum fratrem, & liberos trucidauit. Et quemad-*

modum heic γνωτοφόντις de fratre dicitur, ita quod inquit ad Antigonen Sophoclis Chorus, σὲ δ' αὐτόγνωτος ὤλεσ' ὀργά, eodem pacto de fratre Polynice, non de propria Antigones uoluntate est intelligendũ. nam fratris ira bellum commouentis, prima fuit Antigones mortis causa. neq; aliter ipsa modò dixerat ad fratrẽ, θανὼν ἔτ' οὖσαν κατήνυσάς με. Mortuus, inquit, uiuam me peremisti. Atq; hæc ἐν παρόδῳ.

91 Loquacem i.picam.) Argonautarum nauem intelligit, quæ locuta est aliquoties, ut apud Apollon. lib. 4. unde picæ garrulæ confertur. eius transtra uocat Chaonica, quoniam ex lignis Dodonæis erant. Apollonius,

ἐν γάρ οἱ δορὺ θεῖον ἐλήλατο, τόφρ' ἀνὰ μέσσην
στεῖραν ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε φηγοῦ.

ἡρματίξατο uidetur ab ἑρματίζομαι deduci, quod sit, in nauem pro saburra impono. Euripides,

νύμφας ἐς οἴκους ἑρματίζονται βροτοί.

Phemij nepos.) Theseus, de quo dictũ est. is in Scyro, Cycladũ insula, de saxo in mare præcipitatus fuit. lego autem ῥοιζουμένῳ, quem admodum mox dicet,

κύψελλα δ' ἰῶν τυλόθεν ῥοιζουμένων.

Leone.) Hercule, quem initiatum uocat, quòd primus peregrinorum fuerit Athenis Eleusinijs initiatus: qua de re Aristidis in Panathenaica, quam nos nuper Latinam dedimus, uerba sunt hæc: ἡρακλέους ἀπελθόντος ἐξ ἀνθρώπων, ἡ πόλις καὶ νεὼς καὶ βωμοὺς ἱδρύεται πρώτη, καθάπερ καὶ πρόσθεν τοῖς μυστηρίοις ἐτίμησε πρῶτον ξένων. Hercules etiam Iunonis mammam puer suxit. uocatur aũt Iuno Trophæa, cui trophæa dedicabantur.

Veniens.) in Scythiam ad Amazones. Balthei furem uocat Theseum, quod Hippolytæ Amazonis baltheum ablatum dederit Herculi. ipsam deinde Hippolytam sibi Theseus rapuit, tametsi dissentiunt ea de re historici. Themiscyra, Paphlagoniæ urbs, Amazonum regia, ex qua fuit Hippolyta rapta, quæ heic Orthosia uocatur, proprio Dianæ cognomine.

Neptunides.) Amazones, à Neptunide quadã Amazone. Eris,

Legmus

Lagmus, Telamus, montes Paphlagoniæ. Ister, Thessaliæ fluuius.

Auus meus.) *Ilus, secundum Herodotum: Laomedon secundum alios. hic Troianum imperium usq; ad Thessaliã propagauit. Herodotus* Polymnia, *οἱ διαβάντες τὴν εὐρώπην κατὰ βόσπορον τούστε θρῄκας κατεστρέψαντο πάντας, καὶ ἐπὶ τὸν ἰόνιον πόντον κατέβησαν, μέχριτε πηνειοῦ ποταμοῦ ἤλασαν.*

Illa.) *Græcia, siue Thessalia. Bubulcum uocat Herculem, qui cum sex nauib. Troiam expugnauit. Gorgas dicitur Iuno, quia terribilis. ea cum Herculem semper antea fuisset exosa, postea mutata sententia generum asciuit, & inter deos collocauit. Propertius,* 93

Sancte pater salue, cui iam fauet aspera Iuno

Accipitres) *Tyrrhenus & Lydus, Atyis Lydorum regis FF. ij cum aliquando fame Lydiam occupante sorti committerent, uter nouã coloniam deduceret, cecidit sors in Tyrrhenum, qui in Italiam se contulit, dictam à se Tyrrhenia. Huc pertinẽt uersus Virgilij suprà positi. Alij. Tyrrhenos uolũt esse indigenas: quos etiã Dionysius Halicarn. sequitur. Tmolus, mons Lydiæ: Cimpsus, pagus. Paludem dicit Gygæam in qua Typhonis est uxor, Vipera, mater Chimæræ. sunt enim propinqui Lydiæ secundum quosdam montes ij, qui Arima uocantur.*

Ligustinis.) *Italis ac Tyrrhenis, qui tã bellicosi erant, ut à Thracibus gigantibus orti uiderentur. Polybius, τὴν ἐπὶ τὸ τυῤῥηνικὸν πέλαγος πλευρὰν ἀπεννίνου κεκλιμένην λιγυστινοὶ κατοικοῦσι μέχρι πόλεως πίσσης, ἣ πρώτη κεῖται τῆς τυῤῥηνίας πρὸς τὰς δυσμάς.*

Vltimus.) *Paris. Pelasgos intelligit Menelaum cum suis, qui Troiam uenerant ad sepulchra Lyci & Chimærei placanda, ut initio libri dictum est. qua quidem occasione Paris amicitiam cum Menelao contraxit, & cum eo Spartam redijt, postquam Antheum occiderat. Rhyndacus fluuius inter Græciam & Hellespontum.*

Illa.) *Græcia, siue Sparta.*

Primus.) *Agamemnon, qui cognominis est Iouis Agamemnonis, de quo suprà. Descensor dicitur Iupiter à fulminum descensu: quod nomen heic eleganter Agamemnoni Ioui ex nominis similitudine tribuitur. Putabant autem ueteres Iouem, per tonitru in eam*

nubem,

nubem, quæ fulmen conceperat, curru uectum descendere, ut annotauit doctißimus Turnebus.

Secundus.) *Orestes Agamemnonis à Clytæmnestra occisi F. is cũ furijs agitaretur, oraculum accepit ab Apolline Medico, qui aliter ἰάτορ dicitur, fore ut insania liberaretur, si Tauricam Dianam in patriam detulisset. Itaq; Tauros cum Aeolibus profectus, expugnauit, & Iphigeniam simul cum Diana reportauit. Meminit & Pindarus, cum ait,* αἰολίων στρατιὰν χαλκοντίων δεῦρ' ἀνάγων. *uide etiam Euripidem.*

95 Tertius.) *Neleus, F Codri, quem lignatorem uocat, quòd sumta lignatoris ueste, pro patria obierit. Neleus autem cum ex oraculo cognouisset, se Carica regione potiturum, si quis ipsi Carum terram & aquam tantum porrexisset: à figuli puella Mileti glebam petijt ad literas obsignandas (unde* γλῶ σημαντρίδα *dixit Herodotus Euterpe, ac meminit cretæ Asiaticæ ad signandum adhibitæ Cicero pro Flacco) hac ratione arbitratus oraculo satisfactum iri. Itaq; debellatis tandem Caribus, ut sequitur, Cariæ imperauit, & in ea urbes aliquot posuit. Quin & Miletum ab eo deductam coloniam tradit Ammianus initio libri 18.*

Milesiam.) *è Caria, cuius oppidum est Miletus. Græcè Branchesia uocatur à Brancho uate, qui Milesios olim lustrauit teste Clemente, & Mileti oraculum habuit. Proprium tamen à quibusdam traditur* τὸ βραγχίδων ἄστυ, *siue* βραγχίδαι, *ut* οἰνιάδαι *in Acarnania. Phthiri, Cariæ populi, à monte dicti, secundum Steph. mõs porrò à Phthiro Endymionis F. nomen accepit. De Carum uilitate & stipendijs uide Paroemiographum.*

Puella.) *Nelei filia, quæ cum antea Pero diceretur, postea ob insignem impudicitiam* ἐλεγηὶς *est uocata, testibus grammaticis. Datum autem erat Neleo alterum oraculũ, ut illic domicilium sibi, ubi iussisset filia, pararet. Cum igitur Athenas uenisset, offendit filiam, quæ nusquam illic maritum propter libidinem nimiam poterat nancisci, subductis uestibus ita naturam suam alloquentem,*

δίζεο σοῦ μάλα σὺν θαλερὸν πόσιν ἢ ἐς ἀθήνας
ἢ εἰς μίλητον, ἢ τάξον (pro κατὰ ἔξω) πήματα ἠχορί. *id est:*

Quære

Quære tibi ualidus qui coniux fiat Athenis,
Vel qui Mileti, quò clades Caribus addas.

Itaq; Miletum profectus Neleus cum filia, incoluit. Aliud etiam oraculum ad huius coloniæ deductionem pertinens citat Callimachi scholiastes. Barbaros dicit Cares. Aliam quoq; Peronis uel fabulam, uel historiam enarrant in undecimum Odyß. *Græcorum commentarij.*

Quarti.) *in Asiam uenient, subaudi.* Dymanteam *stirpem uocat* Dores, *quorum rex fuit* Dymas, Heraclidarum *unus. Per* Lacmonios *etiã et* Cytinæos *ijdẽ* Dores *intelliguntur, partim à* Lacmone, *Perrhæbiæ monte, dicti, partim à* Cytino *uel* Cytmio, *Dorico oppido.* Theon *tamẽ in cõmentar. in* Lycophronẽ, *citante* Stephano, *Cytinũ facit urbem* Thessaliæ. *Codrij dicuntur* Athenienses *à rege* Codro. Eustathius *Codros uocari stolidos omnes asserit.*

Peninsulam.) *Dorim, iuxta* Cariam: *in qua, ut uidetur, habitauit* Erisichthõ *Thessalus, qui Cereri fuit inuisus, quòd eius in* Thessalia *lucum excidisset. Vocatur autem Ceres Curita, quemadmodum Græcè* γυρῖτις, *nisi malis ad urbem Sabinam nominis originem reducere. forte etiam ad* ξιφηφόρον *cognomen allusit. Ceterum historiam totam* Erisichthonis, *eiusq; immensæ* βουλιμίας *explicant* Ouidius *lib.* 8. *&* Callimachus *hymno Cereris.*

Omniformis.) *Mestram filiã habuit* Erisichthon, *quæ corporis questu patrem semper insatiabilem alebat. Atq; hæc est uera historia: quam fabulæ sic inuoluunt, ut Mestram dicant in omne genus animalis à se mutatam, uenditam sæpius à patre fuisse, ad quem subinde, resumta priore forma, rursum ut uenderetur, recurreret. hinc uocatur omniformis. nam in scriptis codicib. malè puto legi* παντομόρφου.

Aethonis.) *Hoc nomine appellatus fuit* Erisichthon, *testib.* Hesiodo *&* Athenæo, *propter ardentem ingluuiẽ, & igneam absumendi uim. quomodo* αἴθωνα λιμὸν *dicunt poetæ. Extremitates uocat agros, quos* Erisichthon *alienos colebat, cũ suos absumsisset. Poetæ hæc etiam addunt,*

Ipse suos artus lacero diuellere morsu
Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat.

Callimachus quoq; panem ostiatim refert mendicasse. Extrema *porrò terrarum & oras etiam Esaias uates alicubi alas dixit, ut hic πτέρα.*

Phryx.) *Midas, Phrygiæ rex. hic sororis Cleopatræ cædem persequens, Thraciã depopulatus est. uerum quomodo Cleopatra fuerit occisa, nec à Scholiaste dicitur, nec apud historicum ullum adhuc reperire potui. Mortuorum præsidem dicit Minoem, ex Europa genitum, in Europa educatum. de eius seueritate multa leguntur apud tragicos, teste Platone. quin etiam à Catullo rex iniustus appellatur.*

Qui olim.) *Nota est fabula de Midæ auribus, quamuis illam alij ad historiam, alij ad mores referant. Poeta tamen heic fabulam sequitur. ait enim, Midam muscis auricularum motu metum, ut ad ipsum nõ auderẽt accedere, incußisse. quod etiam si quis allegoricè ad hostes referat, non imperitè fecerit.*

Phlegræ.) *quæ est urbs Thraciæ. Thrambus, Macedoniæ promõtorium, ut Titon Thraciæ. Sithonia quoq; & Pallene sunt in Thracia. Macedoniæ uerò portionem quandam tenuisse Midam, scribit etiam Iustinus. Iam Bruchon heic propriũ fluuij nomen uidetur, licet ferè sit commune uocabulũ: sicut κελάδων apud Homerum et Callimachum. utrumq; nomen ab impetu & fremitu fluminum ductum apparet. Cornigeros dici fluuios, antè docuimus. Vocat deinde Bruchontem gigantum ministrum, quòd hi in Thracia iuxta Pallenen uersati sunt.*

97 Vicissim.) *nunc in Asia, nunc in Europa. Candæus appellatur Mars, & Candaon, ut suprà.*

Pastum prœlijs.) *Horatius:*

Quem iuuat clamor, galeæq; læues:

unde & αἱμοχαρὴς uocatur, Epimethei mater est Asia, quæ Prometheum & Epimetheum ex Iapeto peperit.

Persei.) *Danaes F. à quo Persæ omnes ducunt originem. Gigantem dicit Xerxem, Persarum regem, qui & Helle spõtum ponte iunxit, & Athonem perfodit. Catullus:*

Ille quoq; euersus mons est quẽ maximũ in orbe
 Progenies Phthiæ clara superuehitur,
Cũ Medi irrupêre nouum mare, cumq; iuuentus

Per

Per medium clasſi barbara nauit Atho.

Laphriæ.) *Mineruæ, cuius ædes erant Athenis, quarum arcem tenebat Minerua.*

Combuſtæ.) *à Xerxe. Etenim cum Athenienſes Apollinem de Xerxe repellendo conſulerent, iuſsit eos lignea ſibi parare mœnia, qui bus à Xerxe tuti forent. quod oraculum cũ inſcitè de ligneis arcis pro pugnaculis, quæ pòſt à Perſis unà cũ arce cõbuſta ſunt, intellexiſſent: factum eſt, ut uulgò mendacij incuſarent Apollinem, cuius oraculum non erant aſſecuti. Solus enim Themiſtocles deprehenſa uaticinij ſententia, naues ædificandas, è quibus ad Salaminam cum hoſte confligerent, cenſuit.*

Plutonis famulum.) *Quoniam è ſpecu quadã Delphica reddebantur oracula, putabat ex inferis illa uulgus uaticinantibus à Plutone ſuggeri.*

Exercitu.) *Magnus enim Perſarum numerus in Græciam eſt à Xerxe adductus, adeò ut, quemadmodum elegãtiſsimè dixit Ariſtides, ſola numeri inter hiſtoricos diuerſi differẽtia iuſto ſufficiat exercitui.* τὸ διαλλάττον παρ' ἑκάστοις τῶν ἀφηγουμένων τοσοῦτόν ἐστιν, ὥστ' εἶναι τὸν μέγιστον ὅρον στόλου. *quo factum eſt, ut nec cibus illis ex arboribus, nec potus ex fluminibus tandem potuerit ſuppetere.*

Fructifera arbos.) *Herodotus Vrania:* εἰ δὲ καρπὸν μηδένα ἐνῆσαν, οἱ δὲ τὴν ποίην τὴν ἐκ τῆς γῆς ἀναφυομένην, καὶ τῶν δενδρέων τὸν φλοιὸν περιλέποντες, καὶ τὰ φύλλα κατατρώγοντες, κατήσθιον ὁμοίως τῶν τε ἡμέρων καὶ τῶν ἀγρίων, καὶ ἔλειπον οὐδέν.

Nubes.) *Eleganter & hoc Ariſtides alicubi expreſsit,* ἦν δὲ πλήρης, ἡ μὲν θάλαττα νεῶν, ἡ δὲ γῆ πεζῶν, ὁ δ' ἀὴρ βελῶν. *& paulo antè,* ὁ δ' ἥλιος συνηρεφεῖτο τοῖς τοξεύμασι. *Facetè quoq; Plautus dixit,*

——boat
Cælum fremitu uirûm: ex ſpiritu & anhelitu
Nebula conſtat.——.

Solem.) *Ita uidetur interpretãda uox* πέρραν, *quæ nuſquã extat alibi. Putarũt quidã hoc uocabulũ Perſas de Sole uſurpare, quẽ illi aliter Adad et Mithrã dei nomine uocant. Si qs etiã uelit* πέτρον *reponi,*

quo uocabulo similiter nonnunquam Sol secundũ Anaxagorã innuitur, ut apud Eurip. Oreste, & Callimachũ, nõ magnoperè repugnabo.

Floruerit.) Xerxes. Rosæ florem caducum esse, norunt omnes. ita Xerxes post magnos conatus & apparatus nauali prœlio uictus, in Persiã cõfugit, relicto Mardonio. Historiã totã pete ab Herodoto, Ctesia, et Diodoro. nolumus enim heic de rebus notis lõgas narrationes, ut Scholiastes facit, cõtexere. Ceterũ quod ad Locrẽsem rosam attinet, eius Pollux quoq; lib. 5. in synonymis fucorũ his uerbis meminit: ῥόδον· παρειαῖς φυτεύει, ἀνθηρὸν ἀνθῶν καὶ θᾶττον ἀπανθοῦν, κατὰ τὸ λοκρόν.

Turrim.) nauem, in quam se recipiat. alludit enim ad oraculi τεῖχος ξύλινον. Nauem autem arripiebat in fuga Xerxes, ut puella timida locum tenebrosum, in quo lateat, cum eam latro cum ense persequitur.

Certamina.) Græcorum cum Persis, & inter se: de quibus uide totos Thucydidem & Xenophontem.

99 Imperijs.) Ineptit Scholiastes in litorib. Dorsa terræ dicuntur, ut νῶτα θαλάσσης. per priorẽ terrã uidetur uastam & sterilẽ intelligere.

Progenitus.) Alexander Magnus, qui maternum genus ad Achillem & Helenum referebat: quorum ille ab Aeaco, hic à Dardano erat oriundus. eundem uocat Thesprotũ, quòd esset à matre Epirota: Chaladræum uerò, quòd à patre Macedo. Pro χαλαδραῖος potest æquè legi καναστραῖος, χαλαδραῖος uel χαλαστραῖος. uidẽtur enim Chaladra, Chalastra, & Canastra, eandem urbem grammaticis denotare. Charadra uerò Phocidis est urbs.

Cognatorum.) Persarum. Alexander enim à Perseo per Herculem, non minus quàm Persæ, ducebat originem.

Argiuos.) Græcos: non rectè enim Persas intelligit Scholiastes, cũ illorum facta iam sit mentio, & Alexander utrosq; subiugarit. Chaladræum lupum uocat, quem iam leonem appellarat: quæq; illic erat scripturæ uarietas, eadem & heic locum habet.

Cum quo.) Alexandro Magno. quis autem fuerit iste Cassandræ consanguineus, non facile quis dixerit. De Taxile quidẽ & Poro narrant historici, in amicitiam ab Alexandro receptos fuisse: sed an huc ista pertineant, dubito. Scholiastes quidem non præter morẽ satis ridiculum.

culū se præbet. Pro καὶ διαλλαγὰς lego cū Scaligero εἰς διαλλαγάς. ac similis est in Eur. loquēdi modus, cū ad Nutricē sic ait Hippolytus:

ὡς καὶ σύγ' ἡμῖν πατρὸς, ὦ κακὸν κάρα,
λέκτρων ἀθίκτων ἦλθες ἐς συναλλαγάς.

Quid multa.) Post longā oraculorū seriē reuocat se tandē à uatĭcinijs Cassandra, dum cogitat, se frustra tot uerba fundere, cui nemo sit crediturus: atq; ita finē dictis imponit suis. Nō dißimile est illud Euripidis Phœnißis extremis,

ἀτὰρ τί ταῦτα θρηνῶ, καὶ μάτην ὀδύρομαι;
τὰς γὰρ ἐκ θεῶν ἀνάγκας θνητὸν ὄντα δεῖ φέρειν.

Lepsieus.) Apollo, sic à tegēdis oraculis dictus. is curauerat, ut in Prolegomenis diximus, ne fides Cassandræ uaticinanti haberetur. Itaq; in tragœdia quadam ait:

ἄκραντα γάρ μ' ἔθηκε θεσπίζειν θεός,
καὶ πρὸς παθόντων κἀν κακοῖσι κειμένων
σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ μαίνομαι.

Faciet autē.) Oracula mea, inquit, quamuis nūc cōtemnātur, effectū tamē suū tandē consequētur. Similiter apud Aeschylū ait,

τὸ μέλλον ἥξει, καὶ σὺ μὴν τάχει παρὼν,
ἄγαν γ' ἀληθόμαντιν οἰκτείρας ἐρεῖς.

Hirundinē.) me, cuius uerba tū demū cū euētu cōiuncta, fidē apud homines merebūtur. Atq; hactenus Cassandræ uerba fideliter à Nūcio relata sunt. sequūtur ipsius Nūcij ad Priamū uerba.

Claria.) ex Asiæ urbe, Clarij Apollinis oraculo celebri. Mimallones uocantur Bacchæ furibundæ. Melācræra dicebatur Sibylla Cumæa teste Aristot. Phiceū mōstrū dicit Sphingē, quā Bœoti φίκα, unde mōs in quo uersabatur, Phiceus dictus. Cassandrā igitur obscuram & intricatam, rectè cum Baccha, Sibylla, Sphinge comparat.

Phœbadis.) Ouidius:

Serua Myceneo est Phœbas amata duci.

Deus.) Tibullus:

Hæc Deus in melius crudelia somnia uertat.

Bebryces Troiani sunt, ut dictum est.

SCRIPTORVM, QVI IN HIS ANnotationibus citantur, Index.

Ἀνδρὶ

Ἀνδρὶ λογιωτάτῳ

ΙΩΑΝΝΗ ΑΥΡΑΤΩ,

ΒΙΛΕΛΜΟΣ ΚΑΝΤΗΡΟΣ

εὖ πράττειν.

Οἱ πάνυ σπουδαῖοι τῶν γεωργῶν, ὅταν ὅλον τοὔφλημα προσφέρειν οὐ δύνωνται, μικράν τινα οἷον ἀπαρχὴν καὶ τοῦ συναλλάγματος βεβαίωσιν ἀποδιδόναι εἰώθασι, τὴν τῶν ἑτέρων ὀργὴν, εἴ τις οὖν διεγέρθη, ταύτῃ καταπραΰνειν σπεύδοντες. τὸν αὐτὸν τρόπον κἀγὼ, ἀνὴρ λογιώτατε, περὶ πολλῶν πλείστην σοι χάριν, ὡς εἰς τὰ βέλτιστα ὑπάρξαντι, δίκαιος ὢν ἐκτίνειν, τοῦτο γοῦν τὸ ποιημάτιον, ἀντὶ μεγίστων ἐλαχίστην ἀμοιβὴν, πέμπειν καλῶς νῦν ἔχειν ἐνόμισα. καὶ μὴν εἰ χρὴ τὸν ἀδριανέα τὸν ἡδυεπέστατον, ἡ ὑπὲρ λόγων λόγῳ γιγνομένη χάρις μόνη ἀκριβῶς εὔλογος ὑπάρχει, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ λόγου ἐπωνυμίαν βεβαιοῖ, οὐκ ἂν εἰκότως μεγάλην ἀχαριστίαν ἐμοῦ τις καταγνοίη. τὰς μαντείας οὖν τῆς ἐμμανεστάτης Φοιβάδος ἐπὶ βραχύτατον συνειλεγμένας, εἴ σοι ἥδιον, ἱλαρῶς δέχου, καὶ φιλῶν ἡμᾶς διατέλει.

EPITOME CASSANDRAE GRAECOLATINA, VERSIBUS Anacreontijs conscripta per GVL. CANTERUM VLTR.

Αἲ αἲ τάλαινα πάτρα.
πρῶτον μὲν ἡρακλῆος
θοαῖς πρηθεῖσα πεύκαις.
λεύσσω δὲ δεύτερον νῦν
πυρουμένην σε, τλῆμον.
στένω στένω σε, πάτρα,
τάφους τε Δαρδανείους.
λεύσσω θέοντα γνωτὸν
ἐς ἁρπαγὴν κυνώδη.
καὶ δή σ', ἀδελφὲ, ταύτης
πρώτευς ἄγρας στερήσει.
κλαίων δὲ πάτραν ἵξῃ,
ψυχρὸν φέρων ἄγαλμα.
βύκταισιν αὖθις ἴσιν
θύσουσι τὴν μέλαιναν
οἱ νηλεεῖς πελασγοί.
τοὺς δευτέρους δὲ δεῦτε
ὅρκους, πλεύσουσι δεῦρο.
ἤδη βλέπει ζέουσαν
πρύμναις θέτιν παλαίμων.
καὶ δὴ στένει μύρινα,
παράκτιοί τε θῖνες.
καὶ δὴ μαμέρτος αἴθει
αἶαν, γόος τ' ἐν ὠσί

HEu heu paterna terra:
Olim quidem Herculanâ
Combusta classe primùm:
Nunc te, misella, rursum,
Igni perire cerno.
Te, Troia, defleo, te,
Et Dardani sepulcrum.
Excurrit, ecce, frater
Ad feminae rapinam.
Verum tibi ista praeda,
O frater, auferetur,
Et flens domum redibis
Cum frigida figura.
At milites Pelasgi
Vento ducis puellam
Mactare destinabunt,
Fœdusq; duplicantes,
Huc deinde nauigabunt.
Quin iam uidet Palæmon
Mare æstuans carinis:
Quin iam gemit Myrinna,
Campiq; littorales,
Vastatq; iam ferus Mars
Terram, mihiq; planctus

Aures

ἐνδάλλεται γυναικῶν.
ἐκεῖνο πῆμα δάψει
ἐμὲ πλεῖστον, εὖτ' ἐμεῖο,
Ἀχιλλεῦ, κτενεῖς ἀδελφόν.
καί, Τρωΐλε, στένω σε,
ὃν ὡυτὸς αὖ φονεύσει.
καὶ σόν, τάλαινα, πότμον,
μῆτερ φίλη, στενάζω,
ἣν χερμάδεσσι Πελασγῶν
κρύψουσι λοιδοροῦσαν.
προσδέξεται δ' ἀδελφὴν
κόνις τοκὰς χανοῦσα.
Πολυξένην δ' ἄρ' ἶνις
Ἀχιλλέως θυηλαῖς
γαμηλίοις πελάσσει,
πατρὸς κτανὼν ποδάρκην.
βίαν δὲ πείσομαι 'γώ,
ταύτης θ' ἕκατι λώβης
πολλοῖς κάκιστα πολλὰ
Βουδεία τλητὰ δώσει.
Αἴαντα γὰρ τὸ πρῶτον
οἴσει τὸ κῦμα, φάγρον
σαρούμενον θαλάσσῃ.
Ἀμύντορος δὲ κρύψει
υἱὸν πάγουρον ἠών.
νάπαι δὲ Κερκαφείαι
Κάλχαντα καὶ δύ' ἄλλω,
ὡς Πύραμος δύ' ἄλλω.
ἕξουσι πέντε Κύπρον.
Αἰτωλὸς Ἀργυρίππαν

Aures ferit molestus.
Hoc plurimum grauabit
Me, cum ferox Achilles
Fratrem remittet orco:
Sic Troilum quoq; idem,
Quod defleo, necabit.
Quin & tuam dolebo,
O mater alma, sortem,
Quam gens Pelasga saxis
Teget, canem disertam.
At te, soror, dehiscens
Tellus uorabit ima.
Polyxenamq; Achille
Satus feroce ducet
Ad nuptias cruentas.
Patrem quoq; ille perdet.
At uis mihi inferetur,
Factiq; talis ergo
Multis ferenda multa
Budea uirgo mittet.
Aiax enim scelestus
In fluctibus marinis
Iactatus interibit.
Amyntorisq; natum
Phagrum recondet Eon,
Saltusq; Cercaphi, tres
Aetate grandiores,
Duosq; Pyrami fons.
Quinq; in Cypro manebunt.
Aetolus Argyrippam.

δωμήσεται 'κ μόροιο	*Fundabit, à Trophæa*
σωθεὶς διὰ τροπαίας.	*Vitam recens adeptus.*
γυμνασίας δὲ νήσους	*Gymnesias marinas*
πλεύσουσιν οἱ Βοιωτοί.	*Boeotus aduehetur.*
ὀδυσσέως δ' ἑταίρους	*Vlyßis autem amicos*
ἀγρεύσεται πρόπαντας	*Captabit ater orcus,*
ᾅδης, λιπὼν ἐν αὐτῶν,	*Ipso tamen relicto,*
ὃν πολλὰ δὴ παθόντα	*Quem deinde multa paßum*
ἑὸς κύλωψ φονεύσει.	*Occidet eius infans.*
ἀγαμέμνονος δ' ὅμαιμος	*At regis ipse frater*
πάμπολλα τὴν δάμαρτα	*Sociam tori iugalis*
πλανήσεται ματεύων.	*Errabit usq; quærens.*
ἄλλους δὲ τρεῖς λίβυσσαν	*Tres unda uasta uoluet*
ῥίψει Βορᾶς ἐς αἶαν.	*Ad littus Africanum.*
οἰνωτρίαν δὲ γαῖαν	*At torris asper hostis*
φιτροῦ φονεὺς προσήκων,	*In Italam profectus*
καὶ λινδίων στρατηγοῖς	*Terram, laboris ergo*
βοηδρομῶν, θανεῖται.	*Sortem feret cruentam.*
ἐπειὸς ἀμφικίειν	*Equinus architectus*
προσνάσεται ὁ τέκτων.	*Ciris colet fluenta,*
σικανίαν δὲ πολλοί,	*Sicaniamq; multi,*
ἄλλοι δὲ σῖριν ἀμφί,	*Sirisq; flumen altum,*
τυλλησίους δὲ πρῶνας	*Tullesiosq; colles,*
ἄλλοι, τέρδιναν ἄλλοι	*Et Italam Terinam,*
(νιρεῖ δὲ καὶ θόαντι	*Et insulam Melitam.*
κρᾶθις σύνοικος ἔσται)	*Sed Nireo & Thoanti*
πολλοὶ δὲ καὶ μελίτην.	*Tum Crathis accoletur.*
παπποκτόνος δ' ὀθρωνὸν	*Elpenor autem Othronũ &*
κἤπειρον αὖτις ἥξει.	*Epirum abibit olim.*
ὁ δ' οἷος αὐσονείοις	*Sed Italis sepulcris*

τεθάψεται

τεθάψεται τάφοισι,	*Condetur ille, morbos*
νόσων τ' ἰατρὸς ἔσαι.	*Oraculis repellens.*
τήμψαν δὲ ναυβόλειοι	*At Nauboli Temessam*
ἥξουσιν οἱ ἑταῖροι	*Satellites subibunt*
(σηταίαν ἐν πέτραισι	*(Setaea, te dolenda*
μίμνει μόρος δυσαίων)	*Ad saxa mors manebit)*
οἱ δ' αὖ πόλιν λάμητον.	*Quidam oppidum Lameti.*
καὶ ταῦτα πάντ' ἄνοσοι	*Et haec quidem Pelasgis*
τλήσουσιν οἱ πελασγοί.	*Instant foris ferenda.*
οὐδ' οἵ 's πάτραν μολόντες	*Quin nec domum recepti*
κύρσουσι τῶν κρατίστων.	*Meliora sortientur.*
ὁ γὰρ μέσον σκεπαρνῷ	*Namq; huic caput securi*
κόγχον τυπεὶς, πεσεῖται,	*Findetur olim acuta.*
κἀγώγε δὴ σὺν αὐτῷ.	*Communis ista erit mors.*
καὶ μὴν τὸ πᾶν ὁμοίως	*Pariq; clade Cretae*
ἀνάστατος στρατηγοῦ	*Gortyniiq; regis*
τοῦ κρῆτος οἶκος ἔσαι.	*Domus alta destruetur.*
λοκροὶ δὲ παρθένους ἃς	*Locri tamen puellas*
πέμψουσιν ὡς ἀθηνᾶν	*Mittent suas Minervae*
ἐς ἴλιον στένοντες.	*Ad Ilium gementes.*
σὺ δ' αὖ ἐπωπὶς ἔσῃ,	*At tu parens, triformis*
μῆτερ, θεᾶς τριμόρφου.	*Brimus eris ministra.*
ὀστᾶ δ' ἐμοῦ ξυναίμου	*Tum fratris ossa nostri*
ἄξουσ' ἐς ἄστυ θήβης.	*Ferentur usq; Thebas.*
κλέος δ' ἐμῆς γενέθλης	*In posteris auorum*
αὔξουσιν ἀμναμεῖμου,	*Crescet decus meorum,*
σκύμνοι διπλοῖ λέοντες.	*Leunculis duobus.*
τοιαῦτα πυργοπόρθοι	*Haec Ilij cruentis*
μέλλουσι πάντα πάσχειν.	*Sunt pestibus ferenda.*
πόθεν γὰρ ταῦθ' ὑπῆρχε;	*At causa quae sit horum?*

πρῶτον κόρην βοῶπιν	*Phœnix bouem puellam*
σαράπτισι ὑφεῖλκον.	*Abduxit in carina.*
κουρητὸν αὖθις ἄλλην,	*Aliam statim rapit Cres,*
τεῦκρόν τε καὶ σκάμανδρον	*Teucro simul, Scamandro*
πέμψαντες, ἡρακλῆτε.	*Misso, Trinoctioq;.*
θρῆκες προσαθεῖσ' ἀφῆκαν	*Thraces repente cæsi*
τριέσπορον λέοντα.	*Tyrinthium uocarunt.*
τυρσηνὸς αὖτις αἶας	*Tyrrhenus inde terram*
οἰνωτρίας κρατήσειν.	*Oenotriam tenebat.*
πάρις δὲ λοίσθιος ἔνδον	*Sed ultimus fauillas*
πυρσμὸν ἐξεγερεῖ.	*Paris resuscitabit.*
ἄρξει γὰρ ἀτρέως παῖς,	*Existet hinc Mycenis*
κόδρου νέλεως, ὀρέστης,	Regnans, itemq; *Orestes,*
λακμώνιοι τέταρτοι.	*Neleus, itemq; Dores.*
ἄρξει μίδας μετ' αὐτοὺς	*Midas sequetur istos,*
ξέρξης τε πρὸς πελασγούς.	*Xerxesq; contra Achiuos:*
ἕως ἄναξ μακηδὼν	*Donec satus Philippo*
ἀμφοῖν μέγας κρατήσει,	*Vtrosq; subiuget rex,*
παρ' ἔγε συγγενής μου	*Cum quo meus propinquus*
διαλλαγὴν κυρήσει.	*In fœdus ibit olim.*
μάτην δὲ ταῦτα βάζω.	*Loquor sed ista frustra.*
πίστιν μ' ἀφεῖλ' ἀπόλλων.	*Fidem Deus negauit.*
θήσει δὲ ταῦτ' ἀληθῆ.	*Sed facta subsequentur.*
τότ' αὖ μαθόντες ἄλλοι,	*Quod posteri uidentes,*
τὴν φοιβόληπτον αἰεὶ	*Ad astra laude tollent*
χελιδόν' αἰνέσουσιν.	*Hirundinem canoram.*

FINIS.

IN ANNOTATIONES INDEX. S. PARTEM PAGI-næ superiorem, I inferiorem denotat.

 Bebryces

FINIS.

ERRATORVM COR-
rectio.

Fol. 4. uer. 6. *κεκαυμένη* 61. 23 *οἶδ' αὖ* 134. 21 *compedæ* 150. 16 *eam* 155. 31 *terranc am* 167. *ult. liam laminam* 176. 3 *Venerem.* 187. 13 *ἄτερος* 202. 29 *ἀμφγύοσιον* 211. 1 The bano 212. 8 in Græco 217. 28 *su-sceperat Idomeneus.*

BASILEÆ EXCVDEBAT IOannes Oporinus, Anno Salutis humanæ M. D. LXVI, *Mense Maio.*

